

cap. *Confermandum*, 50. dist. & c. *Presbyter*, 81. dist. Quae conclusio in effectu est ex mente glossae...

15 Sed & Hostien. n. 5. Primo impugnatur distinctionem eorum, qui tenuerunt Clericum posse agere poenitentiam publicam...

16 Porro poenitentiam publicam, quae injungitur interfectis Presbyterum, nempe, ut per quosque Ecclesias illius loci, ubi tantum facinus perpetravit...

17 ibi, praeter reos homicidii: juncta glossa 3. de temporibus ordinat. gloss. in cap. *Extremore* in ver. *Vtatio* circa medium, vers. *Si crimen est enorme*, eodem titulo...

De Penitentibus, & remissionibus. Cap. Officii.

S Y M M A R I V M.

- 1 Confessio mulieris auditur, quae sibi partum alienum suppositum, vel proprium ex adulterio suscepit, & hoc marito non vult desegere. 2 Absolutio non est deneganda non valenti satis facere sine periculo, licet delictum videatur habere effectum continuationis. 3 Mulier, quae prolem ex adulterio suscepit, quid facere debeat ne legitimi haeredes hinc detrimentum patiantur. 4 Quid si habet unde satisfaciat, & sciat quibus satisfaciendum. 5 Et quid si hoc ignorat. 6 Quid si non habet unde satisfaciat, an teneatur fraudem revelare. 7 Aut sama, & n. seq. usque ad num. 13. 8 Metus ignominiae viris bonis major, quam mortuus esse debet. 9 Crimen si non tenetur quis prodere cum gravi honoris detrimento. 10 Restituere quis non tenetur bona Ordinis inferioris eum factur a bonorum Ordinis altioris. Bona fama altioris Ordinis sunt, quam rei familiaris, ibidem. 11 Mulier non tenetur filium ex adulterio susceptum revelare, si inde grave malum esset preventurum. 12 Scandalum utilius nasci permittitur, quam ut veritas relinquatur. Et quomodo hoc sit intellegendum. 13 Mulier non tenetur partum suppositum, vel filium spurium revelare, si de hoc non habeat probationes paratas. 14 Confessor quomodo se debeat gerere cum muliere, quae prolem suscepit ex adulterio. 15 Mulier quae prolem adulterinam marito patefecit, eo consentiente, an sit absoluta a restitutione. 16 Mater an suadere debeat filio spurio ut religionem ingrediatur, & cujus Ordinis. 17 Filius, qui matri cum spurium asserenti fidem adhibuit, & Regno renunciarit, deludatur a Legibus, laudatur a Canonistis. 18 Dignitati non solum Regia, sed etiam Pontificali renunciandum esset, si ex his conscientia non esset tuta. 19 Filius an teneatur credere matri asserenti eum ex adulterio susceptum. 20 Cantela matris, quae induxit filios ad eadem juri suo timore declarationis, quod unus eorum esset spurius, restituatur. 21 Confessor pro consilio obtinendo potest peccatum sibi confessum desegere sine expressione personae, & num. 25. 22 Confessor an prohibeatur revelare non tantum peccatorum, sed etiam peccatum in Sacramento Penitentiae sibi detectum, & n. seq. usque in finem. 23 Sacerdos revelans peccatum sibi confessum putatur

- nitur tamquam simoniacus, & haereticus ad fidem reversus. 24 Declaratur num. 38. 25 Peccata ipsa an cadant sub sigillo confessionis sacramentalis, & n. seq. usque ad n. 33. 26 Singillum confessionis, sicut confessio, est de necessitate Sacramenti, & de jure arcano. 27 Papa super sigillo confessionis dispensare non potest, & num. 30. 28 Sacerdos quod scit in confessione, non scit ut homo, sed ut Deus, & dicitur quasi nescitum. 29 Sacerdos in actu confessionis est Vicarius Dei specialis. 30 Vicarius specialis quoad illam speciem est major generalis. 31 Singillum confessionis sine poenitentis licentia nihil mortalium violare potest etiam pro salute totius mundi. 32 Relictio peccati in confessione detecti an cadat sub prohibitionem positivam Ecclesiae. 33 Ecclesia ubi veretur salutis periculum, multoties generaliter statuit, aut prohibet ad cautelam eorum, quae possunt contingere. 34 Prohibitio aliquo, amove ad prohibetur, per quod pervenitur ad illud. 35 Intellectus cap. *Omnis* infra eod. 36 Permissum in uno casu, in aliis censetur prohibitum, & num. 42. 37 Confessor relictans peccatum sine expressione personae an sit deponendus, & in monasterium detrudendus. 38 Et an aliquo casu possit illud cum fructu revelare, & n. 12. 39 Praelati Regulares e a notitia, quam in confessione habuerunt, uti non debent ad externam possessionem. 40 Pena lata in presumes requirit dolum, & temeritatem. 41 Exceptio in uno casu non firmat regulam in contrarium in aliis casibus, qui sunt similes excepto. 42 Etiam si casus fuerit exceptus per ditionem taxativam. 43 Confessor an possit Episcopo revelare casum reservatum in poenitentia sibi detectum pro obtinenda facultate absolvendi.

OFFICIUM. An tunc confessio mulieris, quae sibi partum alienum suppositum, vel proprium ex adulterio suscepit, & hoc non vult marito desegere. Hoc dicit secundum omnes. Et est pars cap. *Officii*, de testam. & de sentent. excommuni. Communis divisio, consultatio, & responsio. Secunda ibi, *Quoniam*. Nota primo, mulieris, quae partum alienum sibi suppositum, aut proprium ex adulterio suscepit, si timent marito hoc revelare, non esse denegandam abolutionem: Sacramentalem, etiam hac fraude durante. Et sic collige poenitentiam non esse denegandam non valenti satisfacere sine periculo, quamvis delictum illud videatur habere annum effectum continuationis, ut hic notat Abb. & Marian. Socin. ambo, m. 3. notab.

- 3 Sed pro pleniori doctrina, cum quaeritur quid facere oporteat mulierem, quae prolem lulo, pite ex adulterio, aut partum suppositum alienum, & ita legitimi haeredes privatur hereditate propter spurium, vel suppositum, qui creditur filius, vel haeres, & quomodo in hoc casu se gerere debeat Confessor. Colligendo dicta Doctorum, sic distingue. 4 Aut mulier dives sit, & habet unde satisfaciat his, ad quos bona mariti pervenirent, si ejusmodi partus non adesset; Aut non habet unde satisfaciat. Primo casu, Aut mulier scit, vel potest verisimiliter opinari quos haeres maritus ab intestato, vel ex testamento habuisset, aut quibus bona sua reliquisset: & tunc debet tantumdem eis dare de propriis bonis, quantum illi hac occasione amississet, arg. cap. *Sicut*, 14. qu. 6. allegati in glol. in ver. *Deneganda*. Et quod restituendum est, poterit tradere Episcopo in poenitentia, qui exinde satisfaciat quibus oportuerit, adeo ut ignoretur unde provenit, ut hic per Host. n. 8. Henr. Boich. post princ. vers. in primo casu, & Marian. Socin. n. 7. in eod. vers. Aut mulier ignorat qui sint illi, nec pot. si hoc probabiliter opinari, & tunc debet tantumdem pauperibus erogare, secundum id, quod legitur, & notatur in cap. *Cum tu*, §. 1. supra de usur. 5 Secundo casu, id est cum mulier non habet unde satisfaciat, tunc aut habet probationes partus partus suppositi, vel ex adulterio suscepti, per quas possit succedere ab intestato relevare a damno, quod ex sua occasione, & fraude illi receperit, aut non habet. 6 In primo casu, ut potest sine periculo hanc fraudem revelare: & debet eam detegere, & de illa fidem facere. Aut non potest revelare sine gravi periculo, forte quia verisimiliter hinc oritur scandalum maxima, & homicidia: & tunc contrahatur, & taceat, arg. cap. *Ne quis* 22. qu. 2. Nam in hoc casu cum ex una parte imminet jactura reum dumtaxat si taceat, ex altera vero periculum animarum & corporum si uterque, cum utrumque evitaret non possit, inter haec duo mala tenetur eligere quod minus est, arg. cap. *Duo*, & cap. *Nervi*, 13. dist. Taceat ergo cum damno reum, quia illud minus malum est, ut legitur in c. 1. de pignori. & in cap. *Suscipimus*, de homicid. 7 Et per hanc rationem idem arbitror dicendum si ex revelatione imminet mulieri, aut alteri periculum infamiae: nam viris bonus metus ignominiae major, quam mortis esse debet, dicitur textus in l. 1. ff. *Quod met. cau.* Et quisamam continentur, crueles sunt, ut in cap. *Non sunt audiendi*, 11. q. 3. Unde non tenetur mulier timent suum prodere cum gravi honoris, & famae detrimento, ut in §. *Hic auctoritatibus*, vers. *Non tibi dico*, post cap. *Si quis aliquando*, de poeni. dist. 1. Et in hac specie concludunt Socin. in 4. dist. 15. qu. 2. post art. 4. in responsione articuli. S. Antoni in 2. par. tit. 1. c. 18. §. 8. in fine, & melius tit. 2. cap. 7. §. 4. Cajet. tom. 1. opusculor. opusculo 31. resp. 14. (Non enim, ut ipse ait in 2. q. 62. art. 6. tenetur quis restituere bona ordinis inferioris cum jactura bonorum ordinis altioris.) Et bona famae altioris ordinis sunt, quam rei familiaris, quia melius est nomen boni, quam divitiae multae, *Proverb. cap. 22.* & sequitur Navarr. in man. cap. 16. num. 44. vers. *Imo sufficit timor propriam famam perdendi*, & Covarr. in reg. *Peccatum*, par. 1. in initio, ad num. 3. Et quamvis Doctores hic non faciant mentionem, nisi damni nominem,

ma, & corporis; hoc tamen faciunt per modum exempli. Sed generalis loquitur Innoc. cujus mentem sequuntur omnes, dum ait mulierem non tenet revelare, si inde grave malum esset proveniturum. Quae verba proculdubio comprehendunt etiam iacturam fame, ut adverte Navarrus loco citato.

13 Nec praedictis obstat quod utilis scandalum nasci permittatur, quam veritas relinquatur, cap. Nisi cum pridem, §. Pro gravi, de renunc. & cap. 3. infra de regul. iur. quoniam, ut respondet Innocentius, in hac taciturnitate non petit veritas iustitia, quia haec mulier nec iudex est, nec testis esse potest, in quibus, & similibus illa auctoritas locum habet; sed est tantum accusatrix, vel denunciatrix.

14 In secundo autem casu, id est cum non habet probationes paratas, debet potius silere, quam fraudem patefacere, cap. Plerumque, 2. qu. 7. Ita in effectu distinguit hic Innocentius in ver. Satisfactio, à quo ceteri sumplerunt, Hoff. nu. 8. in eod. ver. Abb. Antiqu. nu. 1. Jo. Andr. n. 4. Henric. Boich. in prim. Card. in 1. & 2. opposit. Anchar. n. 3. & 4. Abb. n. 5. & Marian. Socin. n. 7. Quibus addo Hostien. in

15 summa eod. tit. §. Quibus, & qualiter, vers. Quid de muliere, ubi ait, Sacerdotem super hoc consulendum considerare debere qualitates personarum mariti, quam mulieris, & filii putativi; nam si mulier dominetur viro, vel periculum ex revelatione non imminet, poterit ei consulere ut fraudem patefaciat marito, quo consentiente erit mulier à restitutione absoluta, quia concessum est marito de rebus suis ad libitum disponere, l. Nemo exterris, C. de iudic. l. In re mandata, C. Mandati. Hoc intellige dummodo non habeat descendentes, quibus tenetur dimittere legitimam iure naturae debitam, scilicet dimidiam, vel tertiam iuxta numerum liberorum, ut in Authen. Novissima, C. de inoffic. testam. & in corpore, unde sumitur in Auth. de Trident. & Semise, §. 1. collat. 3.

16 Si vero ex revelatione marito facienda imminet periculum; tunc si filius putativus sit homo simplex, spiritualis, & timens Deum; recepto juramento à muliere, quod malitiosè hoc non proponat, & à filio putativo, quod secretum tenebit, revelabitur hoc filio, eique suadebit ut intret Religionem, vel ad partes remotas, seu ultramarinas se transferat, & de hereditate nihil attingat; quibus peractis mulier erit in tuto: quod si filius non sit talis, nec velit matris fidem adhibere, vel mulieri periculum sit revelare, tunc nullum superest remedium, nisi ut si proprium habeat hereditibus ab intestato, vel ex testamento venientibus satisficiat competenter; sique non extantibus elemosynam cautè faciat de Episcopi discreti consilio, & consensu. Verum si proprium non habeat, vel non possit intergrè satisficere, doleat de peccato cum proposito satisfaciendi cum primum poterit: ita Hoff. cum quo concordat Raymund. in summa tit. de raptor. rubr. de filio concepto per adulterium, & de parvo sumpto, §. n. Joan. Eriburg. in summa confess. eod. tit. & rubr. q. 23. Henric. hic col. 2. post princip. vers. Et de hoc vide, & Marian. Socin. nam. 9. Et quod dictum est de inducendo filium putativum ad religionem intrandam, intelligunt Doctores de Religionibus Mendicantibus, quia de aliis religionibus non esset benè provisum, cum succedant, cap. vi. n. 28. qu. 1. & cap. ult. qu. 3. ut hic per Jo. Andr. nu. 4. in fine. Hodie filius putativus est inducendus ad intrandam Religionem

Capucinorum, vel Fratrum Minorum de Observantia, quia aliae Religiones etiam Mendicantes succedunt ex decreto Concilii Tridentini, cap. 25. sess. 25. de regul. addit Jo. Andr. sibi consistare aliquos propter hoc inductos esse ad professionem emittendam. Et ita etiam referunt Doctores licet quendam, qui ad assertionem in matris enunciarit Regio: & quamvis Legista in l. Filium, §. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. quos refert Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 1. causa 89. num. 28. dicant talem filium fuisse factum, tamen ut notabiliter ait Marian. Socin. hic num. 9. ipsi hoc dicunt solum considerantes hanc vitam, & non futuram, & eternam, ad quam si respexissent, illum summopere laudare debuissent, ex quo talis habebat hanc consententiam; quo casu non solum Regia dignitati, verum etiam Pontificali, cum ad id induceret conscientia indifferens, renunciantum esset, ut in cap. 1. de renunciat. lib. 6. Et hoc intendit

17 Hoff. hic num. 4. in ver. Suscepit, dum ait filium, qui assertioni matris credere non vult, omnino secutum esse, si exinde non habeat consententiam legitimam, arg. d. l. Filium; alioquin si veniat contra consententiam, adfuit ad gehennam, cap. fin. supra de praescript. & mox subdit, Sed verè nisi acquiescat in hac parte verbis maternis, quae melius alio veritate novit, arg. supra de praescript. cap. Ab excommunicato; & de qua non est simile, quod saltem dicat, arg. cap. Asserte, & cap. Litteras, §. 1. vers. Quamquam, supra de praescript. unde & est omnino credendum videtur, ut cap. 3. §. Quis enim melius, supra, qui matrem, accus. post. satis potest dici, quod talis est in conscientia nimis fortis: ita formaliter Hoff. cum quo transiunt Jo. Andr. nu. 3. & reliqui omnes.

18 Revertit Alciatus de praesump. reg. 3. praesump. 37. n. 6. vers. Sed vide, Viduum quendam Avenionensem hac cautela usum fuisse: cum in extremis ageret tribus filiis, quos habebat accessit, dixit: Unus vestrum ex adulterio à me progenitus est, & mariti mei bona iniuste possidet; ne anima mea detrimendum patiar, intendo hoc declarare, nisi vos invicem pacto convento ius omne vestrum remittatis: quo audito, quilibet de seipso caput dubitare; unde omnes voluntati matris acquieverunt, & pacti sunt, quare mater à declaratione abstinuit. Et putat Alciatus matrem illam fuisse tutam quoad Deum per hanc Decretalem, pactumque inter fratres fuisse legitimum, & observandum. Quod minime verum est, quia fratres non spontè iuri suo cessant, sed metu maternae declarationis adacti: unde merito hanc cautela respellunt Covarr. in reg. Peccatum, parte 1. §. 1. vers. Nec mihi placet, de regul. iur. in 6. Menoch. d. casu 89. n. 30. & alii reosctores.

19 Secundo nota ibi, in penitentia sibi fuisse confessam, peccatum in confessione detectum posse à Sacerdote revelari pro consilio obtinendo, concordat textus in cap. Omnium infra eodem ibi: Sed si prudentiori consilio indigerit, illud absque ulla expressione personae cautè requirit. Unde inferitur per locum à specialibus, ut extra hunc casum non liceat Sacerdoti revelare peccatum etiam sine revelatione penitentis. Sed quia hoc non transit absque difficultate.

20 QUERO generaliter, utrum confessor prohibetur revelare non tantum peccatorem, sed etiam peccatum in Sacramento Penitentiae si detectum.

Abbas

Abbas Sciculus d. cap. Omnis, nu. 3. in ult. notab. infra eod. putat Sacerdotem incidere in poenam ibi statutam non solum si revelet peccatorem, sed etiam peccatum sibi detectum in confessione. Quod secundum eum est contra simplices, qui aliter peccatum impune posse revelari, sed non peccatorem: nam minus benè loquuntur, ut ipse ait, quia contrarium probatur in d. cap. Omnis, in duobus locis. Primum ibi, qui peccatum, ubi expressè probatur hoc. Secundò per locum à specialibus in verbis praecedentibus: nam textus permittit Sacerdoti revelationem in uno casu dumtaxat, id est cum indiget prudentiori consilio; & tunc debet etiam cautè revelare. Tertio hoc probatur ratione: nam Sacerdos ita scit peccatum, sicut peccatorem tamquam Dei minister: ergo non debet tamquam homo peccatum revelare, quia nescit ut homo, sed ut Deus, & contrafaciens gravissimè peccat, unde punitur tamquam haereticus revertus ad fidem, ut ibi per eum.

21 Sed oppositum censet Paludanus in 4. dist. 21. & communiter Theologi, ut testatur Navarr. in c. Sacerdos, n. 75. de poen. dist. 7. tom. 2. Commen. pag. 793. concludens non esse confessionis revelatorem qui dicere tale, vel tale peccatum mortale audivit in confessione; modo tanta cautela id faceret, ut nullatenus in notitiam peccatoris deveniri posset.

22 Moverunt primò per hanc Decretalem, ubi Cardinalis Legatus significavit Papae peccatum lapsi partem in penitentia sibi confessum, ut haberetur in principio litterae, nec Papa hoc factum damnavit, imò ad Legati consultationem respondit: quod non fecisset, si eodem Legato peccatum sibi in confessione detectum revelare non licuisset: licet Navarr. in d. cap. Sacerdos n. 78. putet hunc textum non admodum urgere, quia causa revelanda hic fuit ut pertereret consilium super dubio casu, quod specialiter permittitur in d. c. Omnis ut dictum est supra in 2. not.

23 Moverunt secundo, quia causa finalis cur prohibita sit revelatio peccati in penitentia confessi est, ne prodatur peccator; & sic si les à confessione sacramentali deterretur, ut in d. c. Omnis ibi (Caveat Sacerdos ne verbo, vel signo, vel alio quovis modo prodatur aliquatenus peccatorem) sed per revelationem peccati tantum peccator ipse non prodatur, nec cognoscitur, dummodo cautè id fiat, sicut hic fecit Cardinalis Legatus, & patet in cap. Si sacerdos, supra de offic. Ordin. & in cap. Significasti tibi, nomen adulteri celans, de adulteri. Ergo cessat prohibitio, arg. cap. Est Christus, supra de iur. iur. c. Cui cessante, de appellat. & l. Adigere, §. Quævis, ff. de iur. patron. Ac postremo suffragatur huic sententiae quod ut Navarr. testatur in eod. c. Sacerdos n. 75. frequenter audiuntur viri gravestalia dicentes; & tamen nemo dixerit eos esse confessionis revelatores.

24 Quid dicendum? Ego arbitror quaestione hac distinctione solvendam esse.

25 Aut quaeritur an peccata ipsa sine expressione personae cadant sub sigillum confessionis sacramentalis; & potè negativè resolvendum hoc validissimo, nisi fallor, fundamento: nam hoc sigillum, sicut & confessio est de necessitate sacramenti, & de iure divino, ut docet S. Thom. in 4. dist. 21. q. 3. art. 1. q. 1. in corp. & in resp. ad 2. Sylvest. in ver. Confessio 3. n. 2. passim Theologi, & Canonistae: & consequenter Ecclesia super hoc sigillo dispensare non potest: nam ut ibidem inquit D. Thomas, praecipuum de confessione servanda consistit utrum ipsum sacramentum

Prosp. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.

rum, & ideo sicut praecipuum de confessione sacramentali facienda est de iure divino, & non potest aliqua dispensatione, vel iustione humana hominè ab ea absolvi, ita nullus ad revelationem confessionis potest ab hominè cogi, vel licentari. Et hoc innuit Decretalis si sacerdos, de offic. Ordin. dum determinat Ordinarium posse indeterminatè tantum & non nominatim arguere, vel punire eum, quem in confessione novit esse criminis reum, quia non fecit ut iudex, vel homo, sed ut Deus. Ad idem in tex. in cap. Dilatus, & ibi glof. 1. & D. D. supra de excess. Pralator. S. Thom. loco cit. in 1. spon. ad primum, ubi ait (Illud quod sub confessione scitur, est quasi nescitum, cum sacerdos nesciat ut homo, sed ut Deus) Aliam rationem cur Papa non possit super sigillo confessionis dispensare assignat Abb. in d. cap. Dilatus, quia sacerdos in actu confessionis est vicarius Dei specialis, Papa vero generalis. Specialis autem quoad illam speciem major est generalis, cap. Simulisti, de offic. deleg. quitur Sylvest. in ver. Confessio 3. nu. 2. vers. Tertio quaeritur, & est ex mente glof. prima in eod. cap. Dilatus, ibi. Et in hoc major erat ipsis Receptoribus, quia Delegationem fungitur.

26 Quae cum ita sint, si peccata ipsa cadent sub sigillum confessionis, non potuissent Innocentius III. & Concilium generale statere, sicut statuit in d. c. Omnis infra eod. ut licet et Sacerdoti, si prudentiori consilio indigerit, revelare peccatum sibi confessum; quia praeter poenitentem, nullus mortalium dispensare potest ut liceat frangere sigillum confessionis sacramentalis, ut ostensum est supra, nedum pro prudentiori consilio exquirendo, sed nec pro alia causa quantumvis gravis; imò nec si ageretur de salute totius mundi, ut formaliter inquit Sot. de regn. secreto qu. 7. membr. 2. concl. 4. vers. Attamen. Quamobrem fatèri oportet, aut Papam cum Concilio in d. cap. Omnis, permisisse revelationem peccati contra necessitatem sacramenti, & divinam jurisdictionem, quod impium, & erroneum esset asserere, cap. Sunt quidam, 25. qu. 1. aut revelationem peccati sine expressione peccatoris ad sigillum confessionis non pertinere. Et sanè si Concilium statuisset ut pro prudentiori consilio liceret confessori revelare peccatorem, nemo audeat affirmare hoc statutum esse validum. Idque non alia ratione, nisi quia per hoc violaretur sigillum confessionis, quod est de iure divino, contra quod Ecclesia non dispensat, ut in d. cap. Sunt quidam; ergo eodem modo non potuissent Concilium statuerè, ut liceret pro prudentiori consilio peccatum revelare, si peccatum ipsum, non secus ac peccator caderet sub hoc sigillum: unde haec differentia evidenter convincit non esse confessionis revelatorem, & quale sigilli violatorem qui peccatum revelat ita cautè, ut inde in notitiam peccatoris deveniri non possit. Et in hoc primo casu salvari potest sententia Theologorum.

27 Aut quaeritur an revelatio peccati sine expressione personae cadat sub prohibitionem positivam Ecclesiae, quae de qua in d. c. Omnis. Et in hoc casu magis adhæreo opinioni Abbatis; tum quia hoc probat littera d. c. Omnis, ut supra ponderata n. 23. Tum quia id rationabiliter sancitum est propter periculum manifestationis poenitentis: nam etiam non semper ex revelatione peccati prodatur poenitens, praesertim si cautè hoc fiat, prout hic fecit Cardinalis Legatus, & praecipitur in d. c. Omnis, vers. Sed si, tamen potest multoties accidere oppositum. Vbi autem vertitur salutis periculum, non est

L novum

novum ut in Ecclesia generaliter aliquid statuat, vel prohibeat ad cautelam eorum, quae possunt contingere, ut sunt iura clara in cap. Dixit Dominus, 32. q. 1. in c. Licet, supra de elect. in c. Ad aures, de tempor. ordinat. & in cap. Romana, §. in universitatibus, de sent. excomm. lib. 6. cum concordantibus adductis per gloss. in ver. Esse potest, & Hostien. num. 5. in eod. ver.

35 Præterea aliquo prohibito, omne id prohibetur, per quod pervenitur ad illud, l. Oratio, ff. de sponsal. l. Cum lex, ff. de spon. l. Legē, in fine, C. de natural. liber. Quæ regula loquitur de cōsequenti prohibitionis mediocritate, per quæ pervenitur ad extremum, ut dicunt Dyn. & Jo. Andr. in c. Cum quid prohibetur, in princ. de reg. jur. lib. 6. Sicut prohibito matrimonio, prohibita sunt etiam sponsalia, per quæ pervenitur ad matrimonium, ut in d. l. Oratio. Nemo autem negaverit ex revelatione peccati multoties deveniri in cognitione ejus, qui confessus est. Hand enim est difficile facta aliena subtiliter indagantibus, cōjungendo tempus, locum speciem peccati, qualitatem personarum, & alia id genus, pervenire in notitiam, aut saltem in suspitionem Peccantis. Et ipsi met Navar. in d. c. Sacerdos, n. 83. de penit. dist. 6. Fat. tur non paucos apud eum etrasse, ac proinde raro id faciendum esse à Viro gravissimo, rarius à viro gravi, rarisimè à viro levi, & opinione Abbatissæ semper servanda esse. Ergo providè sanxit Cōcilium generale ut nec peccati ipsi liceat revelare

Et per hæc cessat consideratio Navarri, & aliorum Theologorum, videlicet quod revelatio peccati prohibeatur quidem in d. cap. Omnis, sed in ordine ad confidentem, quando scilicet ita peccatum revelatur, ut exinde cognoscatur is, qui peccavit. Quidem hæc consideratio retorqueri potest: nam cum sapè ex hac revelatione pervenitur, aut saltem perveniri possit in cognitionem peccatoris: hinc consequitur ut prohibito uno, & aliud prohibito censetur per supradicta. Quinimò si accurate expendatur textus in d. cap. Omnis apparbit prohibendum esse revelationem peccati etiam si exinde non sequatur manifestatio confidentis: nam ibi permittitur revelatio peccati in casu speciali dumtaxat, videlicet cum Sacerdos indiget prudentiori consilio; Et tunc ita demum si caute hoc fiat, & sine ulla expressione personæ, ut patet ex littera in ver. Sed si. Ergo per locum à speciali extra illum casum prohibita est revelatio peccati etiam si fiat cum cautela Navarri, & sine ulla expressione personæ, alioquin si in omnibus casibus liceret indistinctè revelare peccatum caute, & personæ peccantis non expressa; incepte Concilium permittisset ut liceret revelare peccatum caute, & sine expressione personæ in uno casu dumtaxat, id est cum Sacerdos eget prudentiori consilio. Ergo in illo casu, in aliis censetur prohibitum.

37 Ex numerum, & ibi gloss. final. de auctor. & usus pall. gloss. ult. in fin. & DD. in c. Nonne, de præsumpt. Et per has consideraciones puto salvari posse opinionem Abbatissæ, non autem per illam, quam ipse ponit tertio loco, videlicet, quia Sacerdos scit peccatum, sicut peccatorem tanquam Dei minister hæc enim ratio congruit tantummodo violationi sigilli Sacramentalis jure divino prohibita. At revelatio peccati sine expressione personæ non jure divino, sed ecclesiastico tantum interdicta est, ut ex dictis constat. Et ex hoc scedere distinctionis puto Cōcilium posse dissidentes opiniones. Cæterum quoad penam depositionis ab Ordine Sacerdotali, &

perpetuæ detractionis in monasterium, quæ in prædicta Decretali, Omnis, imponitur Sacerdoti, qui peccatum in penitentiali judicio sibi detestatum præsumpserit revelare, nimis esset rigor ut in eum in distinctè incidere quilibet Sacerdos, qui diceret se peccatum aliquod audivisse in confessione, licet nullo modo proderet peccatore. Imò Navar. in d. cap. Sacerdos, n. 80. de penit. dist. 6. Opinatur hoc non nunquam fieri posse cum fructu, puta si aliquis in sui excusationem, vel aliorum aculationem contenderet talia, vel talia peccata, vel talis circumstantias ab aliquibus non solere in confessione aperiri tunc enim Sacerdos, qui assereret imò id solum esse, sibi; illa frequenter in penitentia aperta fuisse, cum fructu loqueretur secundum Navarri. Et quamvis hæc theoretice mihi non probetur, quia Sacerdos pro errore proximi confutandus, aliis mediis uti debet, quam revelatione circumstantiarum sibi detectæ in Sacramento Penitentiae, sicut Clemens VIII. in Decreto edito super casuum revelatione dixit diligentissime cavendum esse à Superioribus Regularibus, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorum gubernationem utantur: tamen Sacerdos, qui Navarri doctrinam servaret, utique plendus non esset gravissima illa pena de positionis, & detractionis ad modum penitentis simoniaci, & hæretici, ut in cap. Quoniam, de simon. cap. penult. de hæret. & notata in prædicta Decretali, Omnis, l. 10. Andr. in extremis verbis. Cum præferunt Concilium ibi utatur verbo illo, præsumpserit, quod includit eos, tantum, qui dolo, & temeritate, non autem eos, qui per simplicitatem, & aliqua probabili ratione ducti in legem committunt, ut tenet Cardin. in Clem. l. 1. quæst. 39. de privileg. ad quod plura de more cumulat Tiracell. de penit. conf. 43. Quare existimo ex hoc relinquendum esse arbitrio judicis, qui facti circumstantiis mature perpenfis diiudicet, an huiusmodi pena sit exequenda, vel potius temperanda; secundum ea, quæ generaliter adnotavit Henr. Boeth. in cap. in Archiepiscopatu, col. 2. vers. Et in hac causa consideratione de raptor. & fufius Marian. Socin. in cap. Licet à num. 22. de pen. Præcipua autem ratio habenda esset causa revelationis: præsertim quia Concilium in prædicta Decretali, Omnis, inf. eod. quamvis exprimat tantummodo casum, cum Sacerdos prudentiori consilio indigerit; per hoc tamen non videtur excludere alios casus similes: nam exceptio in uno casu non firmat regulam in contrarium in aliis casibus, qui sunt similes exceptis, etiam si alibi non reperiantur specificè excepti, textus est in cap. cum dilecti ubi hoc notat Abb. num. 7. de confirm. vil. vel inutil. gloss. in fin. in verb. Valuerit, C. de revocac. ponat. Alexand. conf. 130. in causa, num. 6. vers. Nec obstat fiduciar. lib. 4. Ubi ampliat hoc procedere, etiam si exceptioni adjecta sit dictio taxativa. Unde si penitens confiteretur casum Episcopo reservatum, & Sacerdos non haberet facultatem absolvendi ab illo casu, nec Episcopus vellet eam generaliter impertiri, sed in casibus particularibus dumtaxat, utique non esset violator prohibitionis Concilii Sacerdos, qui in illo speciali casu peccaret ab Episcopo hanc sibi facultatem fieri. Maxime quia in prædicto decreto Clementis VIII. inter cætera cautum est, ut Confessarius Regularibus in singulis domibus per Superiores deputatis referatorum absolv.

39

40

41

42

43

44

absolutio committatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi ipse in primis Confessarius iudicaverit. Quod certè ad practicum dicitur non potest sine manifestatione illius casus in penitentia detecti. Quod si urgeas pretendam esse licentiam revelandi illum casum à Penitente; replicabimus id ipsum fieri posse cum Sacerdos indiget prudentiori consilio. Et tamen eo casu Concilium non arctavit Confessorem ad petendum huiusmodi licentiam, neque ex hac Decretali apparet Cardinalem Legatum significasse Papæ e licentiam multis penitentis casuum suppositi patris in confessione sibi detestatum.

De Penit. & Remiss.

Cap. Omnis.

S Y M M A R I V M.

- 1 Confiteri Sacramentaliter semel in anno, ut qui tenetur, quæ requisitæ sunt necessaria.
- 2 Baptismus est janua, & fundamentum omnium Sacramentorum.
- 3 Ecclesia in neminem iudicat exerceat, qui non prius in ipsam per Baptismi januam fuerit ingressus.
- 4 Penitentia ante adventum Christi non erat Sacramentum, nec est post adventum illius cuquam ante Baptismum.
- 5 Infans, furiosus, vel mente captus non habens dilucta intervalla non ligatur hoc Edicto.
- 6 Peccatum originale per Baptismum aletur in infantibus indistinctè, in adultis per contritos nem cordis.
- 7 Penitentie Sacramentum dicitur secunda post naufragium deperdita gratia tabula.
- 8 Peccatum an oporteat esse mortale ad hoc ut Penitentia Sacramentum sit ad salutem necessarium & num. seqq.
- 9 Peccata venialia tantum habens non tenetur confiteri jure divino ad obtinendam justificationis gratiam.
- 10 Iustificatio quid sit.
- 11 Peccata venialia à gratia Dei non excludunt.
- 12 Et quamvis utiliter in confessione dicantur, tamen circa culpam taceri, & multis aliis remediis expiari possunt.
- 13 Fallit in duobus casibus.
- 14 Peccata venialia tantum habens an teneatur jure positivo semel in anno confiteri ut satis faciat præcepto Ecclesie, & num. seqq.
- 15 Christianus, qui saltem semel in anno non confitetur, est susceptus de hæresi.
- 16 Confiteri semel in anno ex præcepto Ecclesie non tenentur illi, quibus ex gratia collatum est, ut sint immunes à peccato veniali.
- 17 Peccata venialia non tenentur quis confiteri semel in anno specialiter, & enumeratim, sed in generaliter.
- 18 Hermaphroditus an teneatur confiteri semel in anno.
- 19 Hermaphroditus, qui in sexu femineo interlescit, non recipit Ordinis characterem, nec potest cum femina matrimonium contrahere.
- 20 Papa an adstringatur edito de constituendo semel in anno, & communicando in Paschate, & num. seqq. usque ad n. 26.

- 21 Papa potest ligari à Sacerdote, cui se subijcit in confessione.
- 22 Confessio Sacramentalis ubi, quando, & à quo instituta.
- 23 Confessio peccatorum omnibus post Baptismum lapsis jure divino necessaria existit.
- 24 Papa jus divinum usque ad animam, & sanguinem servare debet.
- 25 Papa non adstringitur Constitutionibus Prædecessorum etiam in generali Concilio editis nisi compulsiva, sed vi directiva rationis.
- 26 Confessio debet esse integra.
- 27 Peccata propria dimittuntur sunt in confessione aperienda, non autem aliena.
- 28 Circumstantia, quæ exprimi non potest sine manifestatione peccati alterius, An necessario sit constituenda.
- 29 Jus divinum positivum in concursu cedit juri divino naturali.
- 30 Penitens debet tacere peccatum, quod in confessione detectum, sibi, vel Confessori probabile damnum anime, vel corporis, vel fame inferret.
- 31 Clausula una secundam diverfos respectus diversimode accipitur.
- 32 Pueri tenentur semel in anno confiteri cum sunt doli capaces, quod ut plurimum contingit circa septennium.
- 33 Eucharistia in qua atate sit peris exhibenda.
- 34 Annorum hæreticorum tres gradus constituntur Eucharistia amentibus, & phreneticis exhiberi possit, ibid. vers. An autem non habentibus.
- 35 Penitens debet confiteri solus.
- 36 Mutus, vel ita ager ut loqui non possit sine periculo, aut existens alterius lingua, quam Confessor per scripturam, vel per alium confiteri possunt.
- 37 Declaratur.
- 38 Confessario absenti non licet confiteri per Episcopum, vel internum, & contrariam propositionem ut remariam, & scandalosam dicitur Clemens VIII.
- 39 Confessor non potest valide absentem absolvere, etiam si prius præsens illius confessione audierit.
- 40 Eucharistia semel tantum in anno, id est in Paschate sumenda est ex necessitate præcepti.
- 41 Communicantes in hebdomada sancta, vel infra octavam Pasche satisfaciunt præcepto Ecclesie ex declaratione Eugenii IV.
- 42 Regularis possunt ministrare Eucharistiam intra Dominicam Palmarum, & Dominicam in Albis, sed ita communicantes non satisfaciunt præcepto Ecclesie.
- 43 Communicare non licet in ipsa die Resurrectionis de manu Regularium etiam devotionis causa.
- 44 Eucharistiam ad minus in Paschate non sumere est signum hæresis, & mala credentia.
- 45 Episcopus non potest certi temporis præscribere quibus viris conjugatis, negotiatoribus, & mulieribus liceat Eucharistiam sumere.
- 46 Paschale tempus ad Eucharistiam suscipiendam potest à proprio Sacerdote ex causa prorogari. Episcopus potest procedere ad excommunicationem in eos, qui negligunt adimplere præceptum hujus cap. ac elemosinas pio loco applicandas

- injungeret, sed non impedire, ut sibi absolutio- nem reservet, ibid.
- 47 Communicantes quolibet anni die in Insula Philippinis satisfaciunt precepto Ecclesie.
- 48 Circumstantie notabiliter aggravantes an sint in confessione aperienda.
- 49 Circumstantie, quae mutant speciem peccati, sunt necessario exprimenda in confessione.
- 50 Et quae sint ejusmodi circumstantia.
- 51 Confessori an liceat revelare peccatum sine revelatione peccatoris.
- 52 Confiteri quis debet proprio Sacerdoti, non alieno, nisi de propria licentia petita, & obtenta.
- 53 Confessio sacramentalis est actus judicialis.
- 54 Ligari nemo potest, vel absolvi a non suo iudice.
- 55 Sacerdos proprius quis dicatur, & n. seq.
- 56 Cur a quid sit.
- 57 Confessi Sacerdotibus Regularibus satisfaciunt precepto Ecclesie, nec tenentur iterum confiteri parochiali Presbytero, & n. 72.
- 58 Regulares possunt audire confessiones secularium etiam tempore Paschatis.
- 59 Confessiones secularium etiam Sacerdotum ex Concilio Tridentino nullus Presbyter audire potest, nisi aut parochiale beneficium, aut Episcopi approbationem obtinuerit.
- 60 Parochi licentia hodie non sufficit ut quis confiteri possit alieno Sacerdoti non Parocho, aut non approbato.
- 61 Regulares sine licentia Episcopi hodie nequeunt audire confessiones secularium, etiamsi Episcopus sine justa causa licentiam denegaverit.
- 62 Possunt tamen sine Episcopi approbatione audire confessiones suorum subditorum Regularium.
- 63 Item secularium, qui sunt de familia, & continent commensales, non autem de conventibus in eorum monasteria.
- 64 Tertiarius viris, & mulieribus non possunt Regulares ministrare Sacramenta Penitentiae, vel Eucharistiae in Paschate, Viatici, vel Extreme unctionis, & n. seqq.
- 65 Tertiarius S. Dominici eodem jure censentur cum Tertiariis S. Francisci.
- 66 Tertiarius non est aliqua Religio, sed modus vivendi a Sede Apostolica approbatus.
- 67 Tertiarius suscipere debent Sacramenta a Parocho, de cujus parochia existunt.
- 68 Regulares ministri ante Laicos, aut Clericos Extreme unctionem, Eucharistiam, vel Matrimonium sine Parochi licentia sunt excommunicati.
- 69 Monachi ad confessiones secularium a suis Abbatibus approbati in locis ubi dicti Abbates utramque jurisdictionem exercent an possint audire confessiones confluentium ex aliena diocesi, & n. seq. usque ad n. 73.
- 70 Sacerdos secularis etiam in diocesi ubi est approbatus non potest audire confessiones confluentium ex diocesis alienis.
- 71 Consuetudo etiam immemorabilis eligendi sibi Confessorem sine sui Superioris licentia non valet.
- 72 Monachi possunt audire confessiones confluentium ad diocesim, in qua sunt ab Episcopo approbati.
- 73 Papa potest concedere privilegia audiendi confes-

- siones alterius Diocesis etiam Episcopo in toto, & contraria opinio damnatur ut periculosa in fine.
- 75 Privilegium sibi eligendi Confessorem in aliena diocesi, in qua est approbatus ab Ordinario, non est sublatum a Concilio Tridentino.
- 76 Confessores in locis exemptis approbandi sunt ab Episcopo diocesano.
- 77 Regulares in locis sibi subiectis utramque jurisdictionem exercentes sicut non subsumunt Episcopo in concernentibus curam animarum, ita nec subsunt eidem quoad examen pro confessionibus audiendis.
- 78 Regulares ab Episcopo approbati cum facultate absolvendi a casibus illis referentibus, an possint absolvere confluentes ex aliena diocesi a referentibus in diocesi Penitentium dumtaxat, & n. seq. usq. in finem.
- 79 Regulares in diocesi, in qua sunt approbati, possunt audire confessiones Penitentium etiam alterius diocesis.
- 80 Excommunicatus a suo Episcopo non potest absolvi ab alieno.
- 81 Jurisdictio sive voluntaria, sive contentiosa non potest exerceri in non subditum.
- 82 Episcopus etiam quoad suos subditos non potest limitari jurisdictione Sacerdotis sibi non subditi.
- 83 Casuum reservatio an afficiat Sacerdotes, vel Penitentes.
- 84 Casus reservare quid sit.
- 85 Episcopus non potest concedere suo subdito ut absolvetur in aliena diocesi a Sacerdote jurisdictionem non habente.
- 86 Reservatio nisi a quo est localis.
- 87 Decretum Clementis 111. quoad casuum reservationem subijcit Regulares Episcopo, in cuius diocesi morantur, non autem alieno.
- 88 Confessorem oportet scire a quibus casibus non possit absolvere.
- 89 Ordinarii debent paucos, & necessarios casus sibi reservare.
- 90 Reservatio nisi causa est etiam Sacerdotis impedita.
- 91 Reservatio nisi Episcopi non afficit aliam.
- 92 Episcopus, vel Delegatus ab eo potest absolvere penitentem non obstante prohibitione Praelati vel inferioris, vel aequalis.
- 93 Scholares, peregrini, & vagabundi absolvi possunt a quolibet Sacerdote approbato a casibus eorum Episcopo reservatis.
- 94 Idem fortis sunt fori penitentialem, ubi moram trahunt.
- 95 Consuetudo absolvendi confluentes a casibus in aliena diocesi reservatis quoad Sacerdotes seculares an valet.
- 96 Reservatio casuum est stricte accipienda.
- 97 Penitentes, qui in diocesi aliena impetrant absolutionem a Sacerdote in propria diocesi, an censentur hoc facere in sui audem reservationis.
- 98 Ordinarii potest Clericus prime tonsurae ab Episcopo beneficii etiam tenuissimi.
- 99 Nisi beneficii illud sibi in fraudem conferri curaverit.
- 100 Clericus ordinatus post commissum delictum, & causam proventum in foro laicali non gaudet fori privilegio.

OM.

OMNIS. Famofum est, & clavis in materia Sacramenti Penitentiae. Et quia multa habet dicta communiter non summat: sed pro aliquo ipsius intellectu sic summaripotest secundum Abb. & Marian. Socin. Quilibet dolens capax teneatur saltem semel in anno confiteri proprio sacerdoti, vel alteri de ipsius licentia, & Eucharistiae Sacramentum ad minus in Pascha recipere. Et haec duo revelans confessionem deponendus est, & in monasterium ad agendum perpetuam penitentiam detrudendus. Dividitur in tres partes principales. Primò statuit de confessione semel in anno faciendae, & Eucharistia recipiendae, nisi ex causa, & de poena contrafacientium, & de publicatione statuti. Secundò de confessione faciendae ex causa alieno sacerdoti. Tertio in huius confessionem in tribus, videlicet in circumstantiis inquirendis, in variis penitentibus imponendis, & in peccatis occultandis, & in ultimo poenam adiciendo. Secunda ibi, si quis, Tertia ibi, si sacerdos.

1 Nota primo ex principio litterae tria requisita ad hoc ut quis teneatur sacramentaliter confiteri. Primo enim exigitur ut sic fidelis, id est baptizatus, alioquin non est capax Sacramenti Penitentiae, cum Baptismus sine ianua, & fundamentum omnium Sacramentorum, cap. vater, S. Verum, 32. 2. dist. cap. fin. de Presb. no. bapt. Et Ecclesia in nemine iudicium exercet, qui non prius in ipsam per Baptismi ianua fuerit ingressus, ut legitur in decreto Concilii Tridentini sess. 14. de Sacram. Peniten. cap. 2. Quid enim mihi, inquit Apostolus. 1. Corinth. 5. in fine, de iis qui foris sunt iudicare, cap. Multi, 2. qu. 1. esp. Gaudemus, de divor. Unde nec ante adventum Christi Penitentia erat Sacramentum, nec est post adventum illius cuiquam ante Baptismum, ut habetur ead. sess. 14. cap. 1. Deinde exigitur ut ad annos discretionis pervenerit, id est ut sic dolens capax, & sciat discernere inter bonum, & malum secundum glol. 1. hic, Host. in princip. & alios communiter, Sylvest. in ver. Confessio, 2. n. 4. qu. 5. Unde infans hac Constitutione non ligatur, cap. Eor. de consecr. dist. 4. l. 1. c. de falsi. mon. secundum Host. & omnes, & idem in furioso, & mente capto non habente dilucida intervalla, ut per Marian. Socin. nu. 23. & 24. Tertio exigitur ut aliquod peccatum actuale commiserit: nam originale delictum per Baptismum, in infantibus indistincte, cap. Maiores, de Baptis. in aliis vero per contritionem. Neque enim ad suscipiendum Baptismum in adultis confessio est necessaria, sed sufficit sola cordis contritio, cap. Tres sunt, de poenit. dist. 1. & c. Omnis qui, de consecr. dist. 4. secundum Host. in summa tit. de Baptis. 5. Quis sit effectus, Abb. Antiq. hic n. 2. Jo. And. nu. 4. Henric. col. 2. vers. Aut quare tertio, & Marian. Socin. nu. 17. & hodie patet ex decreto Concilii Tridentini sess. 14. de Sacram. Penit. cap. 1. & ex dictis supra nu. 2. Requiritur ergo peccatum actuale: nam lapsus tantum post Baptismum Sacramentum Penitentiae est ad salutem necessarium, ut nondum regeneraris ipse Baptismus, ut in d. cap. 2. sess. 14. Hic enim iustificacionis modus est lapsus reparatio, quam secundam post naufragium deperditae gratiae tabulam Sancti Patres apte nuncuparunt, cap. Secunda post naufragium, de poenit. dist. 1. Concil. Trident. sess. 6. de iustificatione cap. 14. Et quidem oportet ut peccatum sit mortale, ut confessio sacramentalis sit ad

salutem necessaria: nam venialia peccata aliis remediis deleri possunt, ut hic in glol. 2. cum qua teneantur alii.

9 Sed tu adverte, quia aut quaritur an habens peccata venialia dumtaxat teneatur illa iure divino confiteri ad obtinendam iustificacionis gratiam: & manifestum est non teneti, quia iustificacio est translatio a statu peccati ad statum gratiae, ut in praell. g. decreto de iustificatione, sess. 6. c. 4. & probat S. Thom. 1. 2. qu. 113. art. 6. At per venialia peccata a gratia Dei non excludimur, c. Quotidianis, de poenit. dist. 3. In hac enim mortali vita quantumvis sancti, & iusti in levissima saltem, & quotidiana, quae etiam venialia dicuntur peccata, quodque cadunt, ut habetur ead. sess. 6. cap. 11. Dominus autem non venit vocare iustos, sed peccatores Joann. 1. cap. Libenter, de poenit. dist. 1. Nes est opus valentibus medico, sed male habentibus, Math. 9. Lucae 5. cap. Ecclesia Christi, ead. dist. Unde August. (Ideo, inquit, do tibi penitentiam, quia neicio; si te non esse peccatorem scirem, nihil tibi prodessem) cap. Siquis autem, de poenit. dist. 7. refert

12 Colleat, hic nu. 13. Quare peccata venialia quamquam recte, & utiliter citra omnem praesumptionem in confessione dicantur, quod piorum usus demonstrat; taceri tamen citra culpam, multique aliis remediis expiari possunt: quae sunt formalia verba Concilii Tridentini sess. 14. de Sacram. Penit. cap. 5. Atque ita non tenemur iure divino illa confiteri ut iustificemur, quia non obligamur de his poenitere, aut conteri, per quae naufragari non possumus, id est damnari secundum D. Thom. Scotum, Palud. & alios communiter teste Sylvest. in verb. Confessio, n. 14. nisi forte dubitetur an aliquod veniale sit mortale, arg. cap. Si quis autem, de poenit. dist. 7. aut tanto affectu quis esset in illa ut timeret foret per illa ad aliquod mortale induceretur, nisi stannum confessionis adhiberet, secundum D. Bonavent. in 4. dist. 16. in fine, Sylvest. ubi supra vers. Tenetur tamen, & Navarr. in man. cap. 21. nu. 39. Aut quaritur an habens peccata venialia tenetur adstringi precepto positivo Concilii Generalis de confitendo semel in anno, & arbitror adstringi, quoniam etiam per culpam mortalem iustificacionis gratiam non amiserit; tamen nihil proponitur cur non teneatur precepto Ecclesie obedire cum possit, & peccata venialia sint materia sufficiens ad obtinendam absolutionem sacramentalem, ut in d. cap. 5. alius esset in potestate cuiusque declinare Ecclesiae praecipuum aliterdum se non habere peccatum mortale; & ita aperiretur via figmentis, & hoc edictum redderetur elusorium, quod esse non debet, ut dicunt hic Host. nu. 22. vers. Alioquin daretur via figmentis, & Jo. Andr. nu. 12. Cum praeterim quilibet Christianus, qui saltem semel in anno non confiteretur, reddat se suspectum de haeresi, ut idem Host. inquit, nu. 11. & Jo. Andr. n. 3. & Card. in 1. notab. Non melat Innocentium, n. 4. in ver. Semel, confutere his, qui penitentiam egerunt, & iterum non peccaverunt mortaliter, ut quamvis non sint in peccato, nihilominus semel in anno confiteantur; quia, inquit, non debent se nimis affecurare, ut cap. Ad vna, 5. dist. vel hic textus secundum eum loquitur de illis, qui peccant, qui ad minus semel in anno confiteri debent. Atque ita Innocentius videtur sentire non esse in precepto, sed in consilio, ut qui mortaliter non peccaverunt, semel in anno confiteantur.

L 3

tur: & cum eo transit Jo. Andr. nu. 6. & fuit opinio Scoti in 4. dist. 17. ubi tenet habentem solum peccata venialia nec vigore huius Decretalis teneri illa confiteri: imò secundum Pet. de Palude a pud Sylvestr. in ver. Confessio. 1. nu. 14. Papa non possentalem obligare ad confitendum. Sed nihilominus ad hæc supra dictæ distinctioni, quam postea reperi consentire cum doctrina D. Thomæ in 4. dist. 17. qu. 3. art. 1. qu. 3. ait enim (Ad confessionem dupliciter obligamur; uno modo ex iure divino, ex hoc ipso quod est medicina: & secundum hoc non omnes tenentur ad confessionem, sed illi tantum, qui mortale peccatum incurrunt post Baptismum. Alio modo ex præcepto juris positivi; & sic tenentur omnes ex illa institutione Ecclesiæ edita in Concilio generali sub Innocentio III. tum ut quilibet se peccatorem recognosceret, quia omnes peccavimus, & egræ gratia Dei, tum ut cum majori reverentia ad eucharistiam accedant, tum ut Ecclesiarum Receptoribus sui subditi innorescant, ne lapsus inter gregem lateat) Hæc ille.

Næque obstat quod oppositum videatur sentire in 4. dist. 16. qu. 1. art. 2. qu. 3. ad 3. ubi ait; (Alii vero dicunt, quod sufficit quod se repræsentet sacerdoti, & se immunem a peccato mortali ostendat, ut ad communionem admitti possit;) præceptum enim Ecclesiæ est ad obligandum, illos, qui habent aliqua, quæ confiteri debeant, cadit enim sub præcepto magis exactio temporis, quam ipse confessio actus, unde si alicui per gratiam collatum esset, ut a peccato veniali immunis esset, sicut Beate Virginis est collatum, non teneatur ad illud præceptum: & in præallegata, qu. 3. ad 3. dicens: Vel pot. si dicitur secundum quosdam, quod ex Decretali prædicta non obligantur nisi illi, qui habent peccata mortalia, quod patet ex hoc quod dicit, quod debet omnia peccata confiteri, quod de venialibus intelligi non potest, quia nullus omnia confiteri potest. Et secundum hoc etiam ille, qui non habet mortalia, non tenetur ad confessionem venialium, sed sufficit ad præceptum Ecclesiæ implendum ut se sacerdoti repræsentet, & se ostendat abque conscientia mortalis. sic, & hoc ei pro confessione reputatur, & idem innuit ead. dist. 17. qu. 3. art. 3. qu. 3. ad 4.

Id, inquam non obstat, quia in omnibus his locis S. Doctor loquitur ex aliorum sententia, ut ostendunt verba illa. *Alii dicunt*, secundum quosdam, *ut quidam dicunt*; sed in primo loco loquitur ex sententia propria, & eum sequitur, licet locum non alliget, Collectar. hic nu. 3. & 6. Vel certe secundum Sylvestr. in ver. Confessio primo, nu. 14. huiusmodi opiniones in veritate non sunt contrarie sed veræ; nam opinio Scoti, & Paludani intendit ut non teneatur confiteri venialia, scilicet omnia, & specialiter, & numeraliter; hoc enim esset impossibile. Alia vero opinio intendit ut ratio nempe huius edicti teneatur illa confiteri in generali dicendo. Nos quidem immunes sumus a peccato mortali secundum conscientiam nostram, in multis tamen aliis deliquimus, & petimus absolutionem: & ita salvatur littera huius Decretalis in ver. *Omnia*, id est in generali: & hæc secundum Sylvestr. est mens S. Thomæ, licet videatur solum recitare aliorum sententias

Secundo nota dictionem univalem, *Omnia*, quæ ostendit ab hoc præcepto neminem proiis excusari, dummodo habeat tria requisita, de quibus

bus in præced. notab. arg. cap. Si Romanorum, 19. dist. & l. 3. ff. de off. Presid. live sit masculus, live femina, live in dignitate constitutus, live privatus, religiosus, clericus, vel laicus, Prælati vel subditi, pauper vel dives, nobilis, vel ignobilis, senex, vel juvenis, ut per Henr. Boich. post princip. Marian. Socin. nu. 17.

Quæritur Doctores quid in Hermaphrodito, Jo. Andr. nu. 1. in ver. Sexus, Butr. nu. 19. Cardin. & Anchar. in notab. & Socin. nu. 17. concludunt teneri, cum in eo vigeat eadem ratio. Adde verba illa, *utrinque sexus*, magis proprie verificari in hermaphrodito, quia in aliis intelliguntur dicitur, id est live masculi, live femine: at in hermaphrodito verificantur copulative, cum habeat utrumque sexum. Nec ad rem pertinet in quo sensu magis incalcet, juxta l. *Quæritur*, ff. de stat. homin. quia hæc confiteri habetur in Sacramento Ordinis, & Matrimonii dumtaxat, nam si incalcet in sexu femineo, characterem non recipiet, nec possit cum femina Matrimonium contrahere ut per Sylvestr. in ver. Hermaphroditi, non autem in aliis Sacramento, in quibus non admittitur distinctio sexus.

Deinde quæritur Doctores an Papa adstringatur huic præcepto de confitendo semel in anno, & communicando in Paschate. Illa videtur tenere pattem affirmativam in cap. *Sane*, si secundo, in ver. *Terminandam*, de off. de leg. dum afferit Papam ligari posse a sacerdote, cui se subicit in confessione, Jo. Andr. hic & latius in cap. *Significasti*, supra de foro compet. dicit mentem huius Constitutionis ligare etiam Papam, cum & ipse peccare possit, cap. *Si Papa*, 40. & Cardin. in 1. notab. simpliciter dicit hæc litteram in ver. *Omnia*, comprehendere etiam Papam; sed Abb. hic nu. 19. & Marian. Socin. nu. 17. & seq. putant decisionem huius questionis pendere ab alia, videlicet, an confessio sacramentalis sit de iure divino, necne: in quo recitant opiniones, de quibus per glof. in *summa de penit.* dist. 5. nam quidam tenent confessionem in Paradiso fuisse institutam quando Deus compulsi Adam ad confitendum peccatum. Alii in lege veteri quando Iosue præcipit Achor ut crimen suum confiteretur. Alii fuisse institutam in novo Testamento auctoritate Jacobi Apostoli, dicit, *Confitemini alterutrum peccata vestra*. Dum glof. illa concludit fuisse institutam ex generali Constitutione Ecclesiæ; & sic de iure positivo: & propterea Græcos qui non confitentur sacerdoti, sed Deo in secreto, non peccare. Et secundum hanc opinionem, quæ magis placet Abbati, & Mariano Soc. Papa non ligatur hac Constitutione.

Verum hodie omnes huiusmodi opiniones sapient hæresim, quia à Tridentina Synodo sess. 7. de Sacram. Can. 1. definitum est (Si quis dixerit Sacramenta novæ legis non fuisse omnia à Iesu Christo Domino nostro instituta, &c. anathema sit) Et in specie de Sacramento Penitentiae sess. 14. can. 1. (Si quis dixerit in Catholica Ecclesia Penitentiam non esse verè, & proprie Sacramentum pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labuntur ipsi Deo reconciliandis à Christo Domino nostro institutum, anathema sit) A Jacobo autem Apostolo sacramentalis confessio non fuit instituta, sed promulgata, ut docet S. Thom. in 4. dist. 17. qu. 3. art. 1. qu. 5. ad 2. Et nota etiam est

alia opinio, cuius meminit glof. præallegata, & Marian. Socin. in 18. videlicet confessionem fuisse institutam quando Christus sanavit leprosum, & postea dixit, *te, & ostendit vos sacerdotibus*. Imò enim Dominus Sacramentum Penitentiae tunc præcipue instituit cum à morte excitationis insuflavit in Discipulos suos dicens: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remisistis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt*; ut similiter est definitum in d. cap. 1. sess. 14. & can. 3. In missione autem leprosum ad sacerdotes fuit tantummodo figuratum, ut per D. Thom. loc. cit.

Itaque quoad questionem propositam arbitror sic distinguendum: Aut queritur an Papa post Baptismum lapsus teneatur iure divino peccata sua confiteri in Sacramento Penitentiae: Aut queritur an teneatur confiteri semel in anno. Primo calu dicendum est indubitanter, quia peccatorum confessio omnibus post Baptismum lapsis iure divino necessaria existit, ut legitur in eadem sess.

24. de Sacram. Penitent. cap. 5. Cui quidem iuri divino etiam Romanus Pontifex subiectus est; imò illud usque ad animam, & sanguinem servare debet, cap. *Sane quidam*, 25. qu. 1. In secundo autem calu concludendum est Papam vi compulsi non ligari hoc præcepto de confitendo semel in anno, & communicando in Paschate, quia hæc formalitas, & præscriptio temporis est ex Constitutione Ecclesiæ, & de iure positivo Concilii generalis, ut hic patet, juncto cap. *Est non frequentius*, de consecr. dist. 2. & apertius ex Tridentina Synodo sess. 14. de Sacram. Penitent. cap. 5. ubi declarans hanc ipsam Decretalem (Neque enim, inquit, per Lateranense Concilium Ecclesia statuit, ut Christi fideles confiterentur, quod iure divino necessarium, & institutum esse intellexerat, sed ut præceptum confessionis, saltem semel in anno, ab omnibus & singulis, cum ad annos discretionis pervenissent, impleteretur) Iuri autem positivo ecclesiastico Romanus Pontifex non subicitur, cap. *Proposuit*, de concess. præben. & est textus formalis in cap. *Innotuit*, vers. *Quamvis autem Canon. Lateranensis Concilii*, de elect. tenetur tamen illud servare ex vi directiva, & diuturne rationis, §. *Hivita* 25. qu. 1. & scripti plene post D. Thomam, & alios in cap. 1. supra de Constitut. & hoc intendit Jo. Andr. hic nu. 1. dum dicit: *istud, omnese mente Papa includit*; quia scilicet subest in eo ratio, quæ subest in aliis, cum sit homo, ut inquit Collectar. num. 16. E, quia licet non habeat superiorem in quantum Papa, habet tamen in quantum peccator. Quæ sunt verba Sylvestri in verb. Confessio, 2. num. 5.

Tertio nota ibi omnia. Confessionem sacramentalem oportere esse integram: concordat decretum Concilii Tridentini sess. 14. de Sacram. Penit. cap. 5. & can. 7. de hoc notatur in c. *Quod quidam*, supra eod.

Quarto nota ibi, *sua*, peccata propria dumtaxat esse apta in danda in confessione sacramentali, non autem aliena. Dicitur enim in Psalmo 31. *Confitebor adversum me iniquitatem meam Domino*, ubi glof. exponit, id est peccata mea, non aliena, ut hic per Henr. Boich. col. 4. circa med. vers. *Si potest unde non debet penitens eum, cum quo peccantur quo modo revelare, vel detegere, ut faciant mulieres impudice, quæ manifestant participes, secundum Abbatem hic nu. 2. & Marian.*

Socin. nu. 5. in tercio notab.

28. Quod tamen limitant Host. nu. 5. in ver. *Sua*, Jo. Andr. nu. 4. in eod. ver. Collectar. num. 3. in fine ver. *Fallit tamen*, Henrich Boich, col. 4. post med. vers. *Aut non imminer*, & Anchar. num. 3. in 3. notab. ut non procedat si proprium peccatum non possit bene detegi abique manifestatione complicitis, ut si quis cognoverit matrem filiam, vel sororem: nam huiusmodi circumstantiæ sunt necessarii in confessione aperiente, ut de Penitent. dist. 5. in princip. & hæc est communis Theologorum sententia in 4. dist. 16. ut testatur Navarr. in Manual. cap. 7. num. 5.

Sed contrariam opinionem asserit esse veriorè Navarr. ibidem, & latius in cap. *Sacerdos num. 95. & 96. de Penit. dist. 6.* Præcipuum huius sententiæ fundamentum est, quia lex de non infamando proximum divina naturalis est: lex autem, quæ jubet confessionis integritatem, est divina positiva. Ergo penitens debet potius circumstantiam tacere, quod ad integritatem confessionis pertinet, quam famæ proximi detrudere, quod alterum de duobus fieri oportet; quia jus divinum positivum in concussu cedit iuri divino naturali, ut notatur in §. *fin* 6. dist. 1.

Alterum fundamentum est, quia secundum communem opinionem, de qua videtur Navarr. testatur in d. cap. 7. num. 5. vers. *Deinde* quia penitens debet tacere peccatum, quod in confessione detestatum sibi, vel confessori probabile damnum animæ, vel corporis, vel famæ inferret; veluti si penitens confessoris fratrem occidisset, & si confiteretur in genere se homicidium perpetrasse, illico sacerdos existimaret fratrem suum ab illo interfectum fuisse; aut si cognatam suam, quæ filia esset confessoris carnaliter cognovisset, & si circumstantiam cognationis exprimeret, constaret suam esse filiam suspicaretur. His enim casibus penitens curare debet ut sibi tribuatur facultas confitendi alteri; sed si eam impettare non possit, reliqua omnia peccata debet in confessione aperire, & unum illud reticere cum proposito illud confitendi cum impedimento cessaverit, secundum D. Thom. in 4. dist. 17. qu. 3. art. 4. & Altius dorem. probatum à Majore d. dist. 17. qu. 15. idem sententiam Hostien. hic nu. 22. in ver. *Obtinuit*, Jo. Andr. nu. 32. & plerique alii.

Cave tamen quia Navarr. citat pro sua opinione Innocent. & Hostien. hic, sed ego nusquam reperi Innocentium hoc tenere in hac Decretali, & Hostien. tenet manifeste oppositum d. n. 5. imò fuit auctor contrariæ sententiæ, prout illi eam tribuunt Jo. Andr. Collectar. & alii præallegati: unde contra Navarrum est communis sententia non tantum Theologorum, sed etiam Canonistarum. Eius tamen fundamenta valde urgente.

31. Quinto nota unam, & eandem clausulam secundum diversos respectus diversimode esse accipiendam: simile in cap. *Cum capilla*, & ibi glof. de privileg. notat glof. in c. *Capitulum Sanctæ Crucis*, in ver. *Relaxatio*, supra, de rescript. & Marian. Socin. in cap. 2. in 4. notab. de foro compet. Nam verba illa postquam ad annos discretionis pervenerit, respectu Sacramenti Penitentiae intelliguntur de dolocapace, ut dictum est supra in notab. quod ut plurimum contingit circa septennium, in qua ætate multa peccata perpetrantur, ut in cap. 1. & 2. de delict. puerar. secundum Abb. hic nu. 9. Sylvestr.

Sylvest. in verb. Confessio, 2. num. 4. quest. 5. & fultus explicat Navar. in Man. c. 21. n. 33.

Respectu vero Eucharistiae ea verba intelligit Abb. de pubere; observatur enim ut Eucharistia non exhibetur pueris ante pubertatem, quae observantia non est mala propter reverentiam tanti Sacramenti, ut hic per eum num. 9. vers. Et advertit. Sed Navar. ubi sup. post Majorcm in 4. dist. 17. q. 2. asserit decentem consuetudinem esse, ut pueri uno, aut altero anno prius incipiant confiteri, quam communicent, quo majori cum reverentia id faciant. Atque ita ex mente ipsorum Eucharistia pueris exhibetur circa novum aetatis annum S. Th. in 3. par. q. 8. art. 9. ad 3. Simpliciter docet hoc Sacramentum posse pueris conferri quando jam incipiunt aliquam vim rationis habere ut possint devotionem concipere huius Sacramenti. Sed ibi Cajet. primo ad v. trit. circa communionem puero- rum, & puellarum cum ad annos discretionis pervenerint juxta cap. Omnis utriusque. Judicium de initio discretionis debere a parentibus, & confessore fieri: A parentibus quidem, quoniam contra hanc conversationem expentur an filius, seu filia sciat discernere panem spiritualemente a materiali; & tunc praeparare se ad Sacramentum: A Confessore vero, quoniam in ipsa confessione potest advertere quantum discretionis, aut devotionis possit inesse. Et mox subdit, nimiam cautelam a parentibus adhiberi, qui non exponunt puellas decem annorum ad communionem. Et quamvis pueri, ac puellae ipsae excusari videantur ob parentum imperium, Confessore non praecipiente; parentes tamen non ex-usari. Verum Sylvest. in ver. Eucharistia, num. 7. vers. Septimum, post Petr. & Aureolum, dicit sacram Communionem dari posse pueris incipientibus habere discretionem ante per-actam aetatem puta cum sunt decem, vel undecim annorum. Si in eis signa discretionis, & devotionis appareant; & in hoc standum esse arbitrio boni viri.

Itaque anni discretionis, de quibus hic loquitur Concilium, recipiunt latitudinem, & extensionem a subiecta materia, sicut ad contrahendum matrimonium, & professionem emittendam de jure communi intelliguntur post pubertatem, cap. 2. supra de despons. impub. & cap. 1. de regul. lib. 6. Et quoad bonorum administrationem post annum aetatis vigesimum quintum, ut ff. de minor. per totum secundum Hostien. hic num. 2. Joan. Andr. n. 3. & Abb. n. 9. qui constituunt tres gradus annorum discretionis.

An autem non habentibus totaliter usum rationis Eucharistia exhiberi possit, distingue secundum D. Thom. in 3. par. q. 80. art. 9. Aut nunquam habuerunt usum rationis, sed sic a nativitate permanerunt: & talibus non est hoc Sacramentum exhibendum, quia in eis nullo modo praesens huius Sacramenti devotio. Aut non semper caruerunt usu rationis; Et tunc se prius dum erant mentis compotes apparuit in eis devotio huius Sacramenti, debet eis in articulo mortis exhiberi, nisi forte timeatur periculum vomitus, vel expulsi-onis. Sequitur Sylvest. in verb. Confessor. 3. num. 16. & fultus in ver. Eucharistia, 3. num. 7. vers. Nonum, & probatur in cap. Is qui, 26. qu. 6. quod est Concilii Carthagenensis cap. 76. ubi sic legitur, (Is, qui infirmitate poenitentiam petit, si casu dum Sacros ad eum invitatus venit, oppressus in fir-

mitate obmuerit, vel in phrenesim conversus fuerit, dent testimonium, qui eum audierunt, & accipiat poenitentiam; & si continuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori ejus Eucharistia.) Ubi Archidiaconus hoc ampliat etiam prius Eucharistiam non petisset; & concordat Sylvest. d. vers. Nonum, & Navar. in Manual. cap. 26. num. 27. Facit textus in c. Qui recedunt, de consecr. dist. 2.

Sexto nota ibi, solus. Poenitentem debere peccata sua confiteri solum. Unde plures ad confessionem non sunt simul recipiendi; nec poenitens debet aliam secum adhibere, ut hic not. in Host. num. 7. Anton. de Butt. num. 3. Petr. de Anch. n. 4. & Marian. Socin. num. 5. Imò Jo. And. num. 5. post Goffred. appellat plurimum confitentem, secundum quam plures ad poenitentiam accedebant, ut in cap. Quamvis, de poenit. dist. 1. Quod tamen limitat Innocent. in prin. nisi esset furdus, vel mutus, vel ita æger, ut sine periculo loqui non posset, vel nisi esset alterius lingue, quam Confessor, quia tunc per scripturam, vel per alium confiteri posset; & sequitur Abb. Antiq. in prin. Ioan. Andr. num. 7. Henr. Boich. post princ. Card. n. 1. Anchar. in 6. notab. & Marian. Soc. in num. 25. Intelligendum modo coram sacerdote corporaliter se hilit, & praesens. bilolvatur, alioquin nec mutuo liceret in absentia per epistolam, vel launcium confiteri, aut absolutionem obtinere. Ad hoc cap. Quem poenitet, de poenit. dist. 1. ubi Leo Papa: (Quem poenitet omnino poenitet, & dolorem lacrymis ostendat, repræsentet vitam suam Deo per Sacerdotem, praeveniat iudicium Dei per confessionem; praecipit enim Dominus mundandis ut ostendat cora Sacerdotibus, docens corporaliter praesentia confitenda peccata, non per nuncium, non per scriptum manifestanda: Dixit enim ora monstrat; & omnes, non unus pro vobis; non alium statutus nuncium, qui pro nobis offerat munus a Moysse statutum; sed qui per vos peccastis, per vos rubescatis.) Pondera illa verba, Corporali praesentia, ora monstrat, & per vos erubescatis: quae etiam a mutis per scriptum impleri possunt, ac debent. Praeterea Clemens VIII. auditis votis Patrum Theologorum, & re cum S. R. E. Cardinalibus contra haereticam pravitatem generalibus Inquisitoribus maturè, ac diligenter considerata, hanc propositionem, scilicet licere per litteras, seu internuncium Confessario absente peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere, ad minus uti falsam, temerariam, & scandalosam damnavit, ac prohibuit; praecipitque ne quis deinceps eandem propositionem publicis, privatisque lectionibus, concionibus, & congressibus doceat: neve unquam tanquam aliquo casu probabilem defendat, imprimat, aut ad praxim quovis modo deducat; alioquin praeter excommunicationem late sententiae, quam ipso facto incurrat, & a qua non possit praeterquam in articulo mortis) ab alio quovam etiam Majori Poenitentario, nisi a Romano Pontifice absolvis alius aetiam penitis arbitrio infligendis subiaceat, ut in litteris publicatis die 19. Iulii 1602. quae habentur in Bullar. tom. 3. pag. 175. Pondera illa verba, neve unquam tanquam aliquo casu probabilem, quae ostendunt nullum prolixum casum dari posse, in quo aliquis sine mutis, sine æger sine alterius idiomatis in absentia sacramentaliter confiteri possit, aut a

Sacer.

Sacerdote absente absolutionem validè obtinere etiam prius praesens confessus fuisset, ut per Card. Tolet. in Summ. lib. 3. cap. 6. Gregor. de Valen. p. 3. dist. 7. q. 1. num. 1. 5. Quod autem, & Suarez to. 4. dist. 19. dist. 3. n. 7.

Septimo nota ibi, ad minus in Pascha. Sacramentum Eucharistiam non est sumendum pluries in anno ex necessitate praecipit, sed semel tantum, atque ita sublata est dispositio cap. Est non frequentius, de consecr. dist. 2. quo uniusquisque tenebatur ut solum in anno reciperet Corpus Christi, videlicet in Pascha, Pentecoste, & Natali Domini. Hodie tamen non tenetur nisi in Pascha. Et pro Pascha intellige octo dies ante, vel post Dominicam Resurrectionis. Declaravit enim Eugenius IV. factum esse huc Canonem si in hebdomada Sancta, vel infra octavam Pascha Resurrectionis Dominicae iucundum meliorem dispositionem conscientiae, & aptiorem mentis devotionem fidei sanctum Eucharistia pignus suscipiant ut in Constitutione quae incipit, Vide digna, edita die 8. Iunii 1440. & habetur in Bullar. tom. 1. pag. 200.

Porro Regularès habentes facultatem ministrandi Eucharistiam praeterquam in die Paschalis, sicut in specie habet fratres Minores, non prohibetur illam ministrare intra Dominicam Palmarum, & Dominicam in Albis. Sed ita communicantes non satisfaciunt praecipit Ecclesiae.

Idem vero die Resurrectionis nec ipsi quidem, qui de lovis Sancti de manu Parochi Eucharistiam sumplerunt devotionis causa, possunt illam sumere de manu Regularium, ut S. Congregatio Concilii declaravit die 2. Januarii 1586.

Omnitentes vero huic praecipit satisfacere non tantum peccant mortaliter, ut per Navar. in Manual. c. 21. n. 45. Sed etiam sunt de haereticis suspecti secundum Hostien. hic in prin. & Joan. Andr. n. 3. Hoc enim est signum haereticis, & male credentibus, ut per Franc. Peniam in dicit. Inquisit. p. 3. Comm. 24. & Monach. de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 6. num. 17.

Ceterum quavis ex necessitate praecipit semel tantum in anno si communicandum sit tamen ut legitur in decreto Concilii Tridentini sess. 22. de Sacros. Missa cap. 6. Operatur sacrosancta Synodus ut in singulis Millis fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed Sacramentali etiam Eucharistiae perceptione communicarent, quo ad eos sanctissimi huius Sacramenti fructus uberior proveniret. Et hoc est quod innuit hic Concilium Lateranense in verb. Ad minus: quasi dicat bonum est pluries recipere, sed ad minus in festo Paschalis, ut explicat Abb. num. 2. in 3. notat.

An autem Episcopo praescribere volenti certa tempora, nempe dies Dominicos, quartam, & sextam festam, quibus liceat viris laicis, conjugatis, negotiatoribus, & mulieribus etiam non conjugatis sanctissimam Eucharistiam sumere ob reverentiam, quam posset quotidiana huius Sacramenti sumptio in sua diocesi parere, obstat decretum d. cap. 6. sess. 22. Die 9. Ian. 1587. Sacra Congregatio Concilii respondit non obstat absolute doctrinam Concilii; sed Episcopum non posse dicta tempora praescribere.

Octavo nota ibi, de propriis Sacerdotis consilio, tempus Paschale hic praescribitur ad sacram Communionem suscipiendam posse a proprio Sacerdote ex causa prorogari.

Hinc S. Congregatio Concilii consulta, An adversus eos; qui temporibus ab Ecclesia statutis ad Confessionem, & Eucharistiae Sacramenta accedere negligunt, & poenae iuris utriusque sexus de poenit. & remiss. contemnunt, liceat Episcopo etiam ad excommunicationem procedere, & pro satisfatione poenae pecuniarias pio loco applicandas injungere; & an expediat talem absolutionem Episcopum sibi reservare: Ad primum respondit licere, nisi forte de proprii Sacerdotis consilio ex rationabili causa huiusmodi perceptio ad tempus dilatata sit. Ad secundum respondit posse iungi elemosinas pio loco applicandas: Ad tertium non expedire.

Sed cum Episcopus petiisset a S. Congregatione Concilii ut tempus communicandi intra Dominicam Palmarum, & in Albis prorogaretur ad die Cinerum ad Dominicam in Albis ob populifrequentiam, exiguum numerum Sacerdotum, & necessitatem agricolarum post Pascha. S. Congregatio censuit nihil novi decretendum, cum ipse possit tempus ex causa prorogare.

Porro ex consuetudine in aliquibus dioecibus tempus Paschale extenditur ab initio Quadragesimae usque ad decimum quintum diem post Pascha, ut testatur Henriquez in Summa lib. 8. cap. 3. §. 1. Et in Insulis Philippinis fideles ex indulto Apostolico ob Sacerdotum paucitatem, & populifrequentiam quolibet anni die praecipit Ecclesiae satisfaciunt ad viginti annos, & durante necessitate iudicio Episcopi, ut reperi adnotatum in libris publicis S. Congregationis tom. 23. post pag. 546.

Nono nota ibi diligenter inquirens, peccatoris circumstantias, & peccati: non tantum peccata ipsa, sed etiam illorum circumstantias esse in confessione aperiendas, ut hic, & in cap. Dem qui, supra eod. cap. Sicut dignam, de homicid. & c. Consideret de poenit. dist. 3. Sed insignis est controversia de quibus circumstantiis hoc intelligitur multienim existimant esse in confessione exprimendas non tantum circumstantias, quae mutant speciem peccati, sed etiam illas, quae notabilem quantitatem peccato addunt, seu, ut alii explicant quae notabiliter peccatum aggravant. Cuius sententiae sunt Alciandorensis, Alexander de Ales, Marcellus, Cajetanus, Victoria, Socus, Suarez, & alii. Et ex Canonistis Innocent. hic sub num. 1. ibi cum omnibus circumstantiis, quae peccatum aggravant. Henrich Boich. col. 3. in princip. vers. Aut quavis de quinto, post Hostien. in Summa hoc tit. 5. Quae debet, sub 5. Integra, & Jo. de Friburgo in Summa Confess. eod. tit. qu. 81. Virum teneamur confiteri, & quest. seq.

Sed contra plerique arbitrantur esse aperienda in confessione illas tantum circumstantias, quae mutant speciem peccati. Quod censent S. Thom. S. Bonaven. S. Antonin. Scotus, Durand. Palud. Gabr. Hadr. Turrecr. Sylvest. Covarr. & alii complures. Et hanc opinionem testatur esse probabilior S. Thomas in 4. dist. 16. q. 3. art. 2. quest. 5. & S. Bonaven. dist. 17. art. 2. q. 3. n. 135. veteriore Sylvest. in ver. Confessio, 1. num. 10. Item veteriore Collect. hic n. 12. in fine, communiorum, & probabiliorum Navar. in Man. cap. 6. num. 6. vers. In fertur octavo, ubi ostendit oppositam sententiam esse multis difficultatibus, scriptibus, & periculis obnoxiam; & pluribus hanc partem tueri. Cui hodie aperte suffragatur Concilium Tridentinum

sess. 14.

sess. 14. de Peniten. Sacram. cap. 7. ubi S. Synodus docet eas circumstantias in confessione explicandas esse, quae peccati speciem mutant, quod sine illis peccata ipsa neque a penitentibus integrè exponantur, nec iudicibus innotescant, & fieri nequeat, ut de gravitate criminum rectè censere possint, & penam, quam oportet pro illis, penitentibus imponere: & can. 7. (Si quis dixerit in Sacramento Penitentiae ad remissionem peccatorum necessarium non esse iure divino confiteri omnia, & singula peccata mortalia, &c. & circumstantias, quae peccati speciem mutant, anathema sit.) Quo decreto non obscure docuit Concilium circumstantias notabiliter aggravantes non esse necessitate exprimentas; tum quia includendo circumstantias, quae peccati speciem mutant, videtur omnes alias ab huiusmodi obligatione excludere, arg. l. Cum ita legatum, ff. de condit. & demonstr. l. Cum lex, ff. de legib. & l. Maritus, C. de procur. tum quia cum ibi tradat doctrinam de integritate confessionis sacramentalis, doceatque necessarium esse confiteri omnia, & singula peccata, & circumstantias, quae peccati speciem mutant; unque supponit alias circumstantias ad integritatem confessionis non pertinere; alioquin doctrinam non integram tradidisset, & reliquisset indefinitum articulum tantoperè necessarium unicuique fidelium ad remissionem peccatorum obtinendam, quod non est dicendum. Ceterum sub nomine circumstantiarum, quae peccati speciem mutant, Concilium videtur intelligendum etiam de illis circumstantiis, quae de bono, vel indifferenti faciunt mortiferum, vel de veniali mortale, vel speciem unius mortalis in aliam mutant, ut fuit explicat Navarr. in Man. d. cap. 6. num. 3. vers. Et quamvis praedictum Concilium.

Decimo nota ibi, quae peccatum, sacerdotem incidere in penam hic statutam non tantum revelando peccatorem, sed etiam peccatum in confessione sibi detectum; quod secundum Abb. hic n. 8. in ultimo notat, est contra simplices, qui asserunt peccatum impudè posse revelari, sed non peccatorum. Hunc articulum plenè examinavi in c. Officiis supra eod. ubi videas.

Ultimò nota confessionem sacramentalem esse faciendam proprio sacerdoti dumtaxat, non autem alieno, nisi de proprio sacerdotis licentia petita, & obtenta, concordat cap. 2. infra eod. lib. 6. & dicitur DD. hoc esse intelligendum non solum cum quis confitetur semel in anno ut satisfaciatur praecipue Ecclesiae, sed etiam si pluries, ut hic per Abb. in 7. notat. Et bene, quia consilio sacramentalis est actus judicialis, non autem nudum ministerium pronuntiandi, & declarandi remissa esse peccata, ut est diffinitum à Concilio Tridentino sess. 14. de Sacram. Penit. can. 9. Natura autem, & ratio iudicialis postulat ut sententia in subditos dumtaxat feratur, cum non à suo iudice ligati nullus valeat, vel absolvi. cap. Quod autem, supra eod. cap. At si Clericus, de iudic. l. 1. C. Si non à compet. iud. cum suis concordant. unde per suum semper in Ecclesia Dei fuit, & Tridentina Synodus verissimum esse confirmavit dicta sess. 14. cap. 7. nullus momenti abolitionem eam esse debere, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem.

Die tunc autem proprius sacerdos, cui cura Parochialis Ecclesiae est commissa sive sit Rector, si-

ne Vicarius, cap. 1. & fin. supra de offic. Vicar. cap. Omnia nonnulli, de Cler. non recedunt. Iccundum Host. hic nu. 12. in vir. Proprio; & cura est vigili, & onerosa, ac sollicita custodia animarum commissa alicui ut curet ne pereant, sed si inventur, quae competit ex lege, vel commissione canonica, aut consuetudine, seu praescriptione per S. dem Apostolicam non improbat, cap. Intelleximus, §. fin. supra de arat. & qualtr. cap. 1. de offic. Archid. & de offic. Archipresb. cap. unico, de offic. Primiceri cap. Pro humani, de homicid. lib. 6. cap. Qui Episcopatum, §. qu. 1. & ita curam magistraliter distinguunt, & per partes explicant Hostien. n. 13. & Jo. Andr. n. 8. circa fin. vers. Aut querit de secundo, Cardin. num. 5. Marian. Socin. nu. 28.

In specie autem proprii sacerdotis nomine praeter Presbyterum Parochialem intelligitur Papa, qui est Maximus, & Summus Sacerdos. Legatus in Provincia, & ejus Penitentarius, Episcopus, & illius Vicarius Generalis, & Archiepiscopi Majoris Ecclesiae nam uniusquisque ex praedictis sacerdos proprius immediate dicitur; & sic si ab altero ipsorum obtineat quae licentiam, sufficit, ut hic notant Hostien. num. 22. in ver. A proprio sacerdote, Jo. Andr. nu. 12. in eod. ver. Henric. Boich & Card. loco cit. Ancl. in 7. notat. & Marian. Socin. nu. 30. plenius idem Hostien. in summa eod. tit. 8. Cum ostendendum, Jo. Andr. & DD. in cap. 3. Confessiones supra de offic. Archipresb.

Regulares vero habent licentiam audiendi confessiones saecularium à Papa, & sic à proprio, & summo Sacerdote, ut in Clem. Dudum, §. Statuimus, de sepulch. & consequenter qui illis confitentur, satis faciunt praecipue Ecclesiae de quo hic nec tenentur iterum confiteri parochiali Presbytero, ut est text. in Extravag. V. as electionis, de heret. ubi damnatur error Joannis de Polico Doctoris Parisiensis, qui oppositum adstutabat.

Imò cum Archiepiscopus Salernitanus dubitasset an posset Episcopus mandare ne quis tempore Paschatis confitatur Fratibus Mendicantibus, nisi de proprio Parochiali licentia, juxta textum hic attentè Constitutione Sixti IV. quae incipit, Vices illius, de ereg. & pace, in Extravag. Communi. i. vocati fuerunt Fratres Observantes S. Francisci; & cum exhibuissent compendium privilegiorum suorum pag. 2. ver. Ioannes XX II. à tergo apparuit Regularibus istis datam facultatem audiendi confessiones etiam tempore Paschatis; & ita censuit Sacra Congregatio Concilii ex eo loco necessario inferri.

Hodie ex decreto Concilii Tridentini c. 15. sess. 23. nullus Presbyter etiam Regularis potest confessiones saecularium etiam sacerdotum audire, nec ad idoneus reputatur, nisi aut parochiale beneficium obtineat, aut ab Episcopo idoneus iudicetur. Vnde ex decreto sublata est dispositio textus nostri in ea parte, in qua statuit ut sacerdos alienus possit audire confessiones de licentia parochialis presbyteri; hodie enim in sacerdote non parochio huiusmodi licentia, non sufficit, sed requiritur licentia, & approbatio Episcopi. Item eo decreto ex sententia S. Congregationis restringitur quod statutum fuerat in d. Clem. Dudum §. Statuimus, nempe ut Regularis approbatus ad audiendas confessiones à suis superioribus possent audire & confessiones saecularium, etiam sine licentia Ordinariorum, si tamen illam petissent, & sine iurisdictione

sta causa ab ipsis non obtinuissent.

Verum tamen decreto d. cap. 15. non comprehenduntur Regulares ratione suorum subditorum Regularium, ut S. Congregatio respondit, ex cuius etiam sententia Praelati regulares, sive alii Religiosorum confessiones audire possunt confessiones saecularium, qui sunt de familia, & continui commensales; non item eorum, qui deserviunt in eorum monasteriis: ad hoc cap. 11. in princip. sess. 25. de Regular.

Et cum Fratres monasterii S. Dominici de Lugo Imolen. dicecesis declarari postulassent, An ipsis liceret, praeterquam ex suis privilegiis, audire confessiones virorum, & mulierum professorum Tertii Ordinis S. Dominici, quae in Paschate Sacramento Eucharistiae ministrare, Viaticum praebere, atque extremam Unctionem ministrare. S. Congregatio consideravit, praesupposito quod huiusmodi prof. si eodem iure celebrantur cum aliis professoribus Tertii Ordinis S. Francisci, de quibus in 66. glo. in Clem. Cum ex eo, de sentent. excom. eorum non esse aliquam Religionem, sed modum quendam vivendi approbati à Sede Apostolica, nec dici plene translatos ad Ordinem, ita ut desinant esse de saeculo, Card. in Clem. Per litteras, nu. 9. de praeb. Quod cum ita sit, non magis horum, quam aliorum saecularium confessiones praedictos religiosos audire posse, juxta cap. 15. sess. 23. ubi privilegii quibuscumque derogatum est, & amplior derogatio habetur in Bulla Pii IV. revocatoria omnium privilegiorum sub quibusvis formulis in his, quae Saecro Tridentino Concilio sunt contraria: ex quo sequitur tales Religiosos non esse proprios sacerdotes horum professorum; ac proinde non posse eidem Sacramento Penitentiae, vel Eucharistiae in Paschate ministrare, juxta c. Omnia utriusque sexus, de panis. & remiss. idemque juris esse de Viatico: siquidem praecedente confessione exhiberi debet, cap. 7. de prepar. quae adhibenda est, &c. sess. 13. in decreto de Sanctissimo Euchar. Sacramento de extrema Unctione non esse iudicium Congregationis, sed tamen confirmare ejus administrationem scilicet aliorum Sacramentorum pertinere ad parochum, de cuius parochia dicitur esse tales prof. nisi specialia privilegia sint exempti.

Porrò Regulares, qui Clericis, aut laicis Sacramentum Unctionis extremae, vel Eucharistiae ministrare, Matrimonium solemnizare praesumunt, non habita super his parochialis presbyteri licentia specialia, sunt ipso facto excommunicati per Clem. Religiosi, de privileg.

QUAERO. An Monachi ad confessiones personarum saecularium audiendas à suis tantum superioribus Regularibus approbati in locis, in quibus iidem superiores utramque iurisdictionem in parochos, & parochianos exercent, possint audire confessiones consuetumque aliena dicecesi.

Ad hoc dubium, quod adversus Monachos Cassinenses proposuit S. Congregatio Concilii D. Vulpus Archiepiscopus Theatinus, videtur affirmativè respondendum: nam aut Archiepiscopus contendit Regulares etiam legitime ab Ordinario approbatos ad confessiones saecularium audiendas non posse in loco, ubi sunt approbati, audire confessiones alterius dicecesis. Aut contendit Monachos Cassinenses non posse approbati ad confessiones saecularium audiendas à suis superioribus

Regularibus, sed debere à seipsis approbati, cum intra suae dicecesis fines existant.

Si primum, videtur respondendum dictos Regulares posse audire confessiones etiam dicecesanorum Archiepiscopi: quia etiam de iure communis nullus sacerdos possit absolvere penitentem sibi non subditum, etiam in illa dicecesi, in qua est approbatus, ut per DD. in Clem. Dudum, de sepulch. ubi in specie post Paul. notat. Card. num. 2. vers. Quinto nota, & Ancl. num. 2. vers. Tertio dubitatur: imò nulla possit consuetudine introduci, ut aliquis praeter sui superioris licentiam confessorum sibi eligere valeat, ut legitur in cap. 1. de peniten. & remiss. lib. 6. etiam si sit tanti temporis, cuius initium non extet memoria, ut ibi tradit Gem. col. 1. vers. Quero circa secundum, & Franc. col. 1. vers. Tertio nota.

Aliud tamen videtur dicendum in casu praesentis, cum Monachi Congregationis Cassinens. ab Ordinario approbati ex privilegio Eugenii IV. possint audire confessiones alterius dicecesani, etiam invito Episcopo Potuisset autem Summum Pontificem tribuere hanc facultatem, admittunt omnes sine detrimento in hac Decretali: & dicit Franch. in d. cap. 2. vers. Tertio nota. in hoc esse maioris potentiae privilegium, quam consuetudinem: & probatur aperte in cap. fin. infra eod. imò contrariam opinionem uti erroneam, & periculosam in fide damnavit Ioannes XXII. in Extravag. V. as electionis, de heret. ut dixi supra n. 57.

Neque verò d. privilegio Eugenii IV. quinquam obstat Concilium Tridentinum cap. 15. sess. 23. nam ibi tantum disponitur non posse Regulares saecularium etiam sacerdotum confessiones audire, nisi fuerint legitime approbati. An autem quando sunt legitime approbati possint in loco, ubi approbati sunt, audire confessiones alterius dicecesani necne, hoc ibi Concilium non declarat. Ita Concilium d. cap. 15. nihil statuisse de hoc casu supponit clare Navarr. in repet. cap. Placuit, n. 43. de panis. dist. 6. ubi dicit per d. cap. 15. non adiri saecularibus potestatem deligendi confessorium probatum, quamvis aliqui esset alienus: ideoque & aliàs cum in S. Congregatione fuisset disputatum, an exempti, qui ex privilegio cap. fin. de panis, & remiss. possint etiam in aliena dicecesi confiteri sacerdoti sibi non subdito, possent post Concilium eligere quemcumque sacerdotem etiam à suo Ordinario non approbatum: Congregatio censuit referendum Sanctissimo. Et Sanctitas sua audita relatione Congregationis non revocavit in dubium, an possent confiteri sacerdoti non subdito, sed tantum respondit huiusmodi sacerdotem oportere esse ab illius Ordinario approbatum. Atque ita Sanctissimus probavit privilegium ante Concilium obtentum de confitendo sacerdoti extra dicecesim non fuisse à Concilio sublatum, dummodo idem confessorius fuerit alias legitime approbatus à suo Ordinario.

Observandum est enim ante Concilium unicum fuisse impedimentum, quia nemo poterat confiteri alieno sacerdoti sine proprio sacerdotis licentia, ut patet in hac Decretali: sed hodie ex Concilio additum est alterum in d. cap. 15. sess. 23. id est ut nemo sit idoneus ad confessiones saecularium audiendas, nisi parochiale beneficium habeat, vel sit approbatus ab Episcopo. Et quidem primum impedimentum de non eligendo sacerdote alieno remanet

saecularium audiendas à suis superioribus

remanit in dispositione juris communis, ideoque potuit tolli per privilegium ante Concilium, quia Concilium non sufficit nisi privilegia, quae adversantur impedimento a se imposito, non autem quae adversantur dispositioni juris communis. Quare ut Monachi Cassinen. non approbati ab Ordinario audiant confessiones, repugnat Concilium in d. cap. 15. Ut approbati audiant confessiones sibi non subditi, non Concilium, sed jus commune repugnat. Impedimentum Concilii non adest, quia Monachi Cassinen. hoc casu possunt approbati a suis superioribus regularibus ad confessiones personarum secularium audiendas, nec est opus approbatione Episcopi, ut inferius dicitur. Impedimentum juris communis est sublatum privilegio Eugenii IV. ergo nihil eis obstat quominus possint poenitentes sibi non subditi confessiones audire.

76 Sin autem Archiepiscopus contendat dictos Regulares non posse approbati ad confessiones audiendas a suis superioribus regularibus, sed debere a seipso uti diocesano, approbati; adhuc nihil videtur obitare, quin Monachi praedicti in locis, ut supra, sibi subjectis possint audire confessiones alterius diocesis: quamvis enim etiam subditi inferiorum exemptorum licentiam audiendi confessiones petere ab Episcopo debeant, ut saepius censuit S. Congregatio, & praecipue in causa Feretrana: hoc tamen non procedit in illis monasteriis Congregationis Cassinen. quorum Abbates in locis sibi subjectis utramque jurisdictionem exercent in parochos, & parochianos, ut probatur aperte in cap. 11. sess. 25. de regular. ubi in monasteriis, quibus imminet animarum cura personarum secularium, tam saeculares, quam regulares hujusmodi curam exercentes, subjiciuntur immediatè jurisdictioni Episcopi diocesani in his, quae ad dictam curam, & sacramentorum administrationem pertinent: & statuitur, ne aliqui etiam ad nuntiam amovibiles ad dictam curam deputentur, nisi de consensu Episcopi, & praevio illius examine. Ac deinde in vers. Excepto à dicta regula excipiuntur specialiter monasteria, s. in loca, in quibus Abbates Episcopalem, ac temporalem jurisdictionem in parochos, in parochianos exercent.

77 Quamobrem si Monachi in praedictis locis non subditi Episcopo in concernentibus omnium sacramentorum administrationem, & deputari possunt ad totam curam animarum exercendam sine illius consensu, & examine: ergo nec eidem subditi, nec egent illius approbatione pro administratione solius Sacramenti poenitentiae: nam à quocumque removetur genus, removetur quaelibet ejus species, juxta textum in cap. nam concupiscentiam, quem ad hoc ponderat Jo. de Molina de constitut. & in l. si causa cognita, juncta glos. in ver. Permissi, C. de transact. & quod juris est de toto quoad totum, & c. l. Quae de tota, in princip. ff. de rei vendic. & cap. Pastoralis, §. Item cum totum, ubi glos. & DD. notant de praescription. cum concordant.

Et confirmatur, quia strictius subjiciuntur Episcopo regulares curam animarum administrantes, quam administrantes solium Sacramentum Poenitentiae. Siquidem primo casu puniri possunt ab Episcopo si delinquant in concernentibus curam ani-

matum, & Sacramentorum administrationem ut constat ex d. cap. 11. At in secundo regulares non curati delinquentes in administratione Sacramenti Poenitentiae, puniri non possunt ab Episcopo in vim Concilii, ut saepius Sacra Congregatio declaravit, licet hodie puniri possint in vim Constitutionis Gregorii XV. de exemptor. privileg. Ergo si Monachi in casu, in quo magis subditi Episcopo, pro exercenda cura animarum in locis, ubi utramque jurisdictionem exercent, non egent illius approbatione; longè minus dicendū est egerere hujusmodi approbatione in casu, in quo minus subditi pro confessionibus audiendis: atque ita cap. 15. sess. 23. limitatur ex d. cap. 11. sess. 25. de regular.

Vnde tempore Cardinalis Alciati, cum Abbas Monasterii S. Eliae de Carbono Anglonen Diocesis exercent utramque jurisdictionem in Parochos, & parochianos dicti oppidi dubitasset an presbyteri ejusdem oppidi ab Episcopo Anglonen. approban. deberent ad confessiones audiendas ex cap. 15. sess. 23. An verò ab ipso Abbate ex cap. 11. sess. 25. de regular. S. Congregatio censuit mittendum supplicem libellum ad Episcopum, contra quem tamen inclinavit. Tempore vero Cardinalis Carafa, cum Milites S. Joannis Hierosolymitani habentes in oppido Maruggii jurisdictionem temporalem, & spirituale, dubitarent, an ipsis prohiberentur essent eodem oppido sacerdotes ad confessiones audiendas approbati; S. Congregatio respondit non esse prohibendum.

Non obstat quòd in d. cap. 11. in fine praeservetur jus illorum Episcoporum, qui majorem in praedicta loca, vel personas jurisdictionem exercent; quia de exercitio hujus majoris jurisdictionis haecenus non docuit Archiepiscopus.

78 Successivè QVAERO, An regulares in aliqua diocesi ad confessiones personarum secularium audiendas ab Episcopo approbati cum facultate absolvendi etiam à casibus illi reservatis, absolvere possint poenitentes ex aliena diocesi confluentes à casibus reservatis in diocesi poenitentium, non autem in qua confessiones audiunt.

79 Jam Sacra Congregatio Concilii declaravit Regulares intra diocesi Episcopi approbantis posse etiam absolvere poenitentem alterius diocesis, cum habeant jurisdictionem à Papa ex Clem. Dudum, de sepultur. ut not. glos. in cap. 2. ante figuratorem. casus, de poenit. & remiss. lib. 6. cujus jurisdictio non restringitur ad limites alicujus Territorii, cap. Cuncta per mundum, 9. qu. 3. Socin. conf. 237. col. fin. 2. Cravet. conf. 128. nu. 2. sed universus orbis est sua diocesis, cap. Per principalem ead. cau. & quest. Thomas Campeg. in tract. de Anasar. institutione nu. 9.

Nunc dubitatur, An similiter possint cum absolovere à casibus in diocesi poenitentis tantum reservatis: In qua dubitatione non controversatur, quominus decretum Clementis VIII. sullulente regularibus facultatem absolvendi à reservatis ab Ordinariis locorum, quam habent ex privilegio, sed quaeritur an reservatio obstat regularibus alterius diocesis quoad subditos reservatis. Id autem pendet ab inspectione, an actus reservationis afficiat poenitentes, an verò sacerdotes: nam si afficiat poenitentes non poterunt regulares absolvere alterius diocesis habentes illud vinculum reservationis, quòd ubique inhaeret

80 personae; idque satis patet exemplo excommunicationis, quae sibi Episcopus reservavit, quae cum feratur in subditum, & ejusque animam liget, cap. Si quis presbyterorum, de reb. Eccl. non alienan. Hostien. in cap. Romanae num. 5. de senten. excomm. lib. 6. Tolli non potest ab alieno Episcopo, non ob jurisdictionis defectum in sua diocesi, sed propter obiectum in persona excommunicati injectum, qui reddit illum incapacem absolutionis ab omni alio quam ab alio Episcopo, qui sententiam tulit Hostien. in Summ. de sent. excomm. num. 12. §. Quis possit & §. Et qualiter Covarr. in cap. Alma Mater, par. 1. §. 12. num. 4. in princ. eod. tit. lib. 6. Doctores in cap. Nuper, eod. tit. Si autem actus reservationis non afficiat Sacerdotes, clarum erit reservationem hujusmodi non obstat Confessoribus non subditis Episcopo reservati, qui sive hic actus reservationis jurisdictionis contentiose, sive voluntariae, neutro casu ferri potest in non subditum, cap. Ut animarum, de Cons. in 6. cap. Ac si Clerici, supra de iudic. & cap. Anobis il primo, de senten. excomm. Et Episcopus etiam quoad suos subditos non possit in hac materia limitare jurisdictionem Sacerdotis sibi non subditi not. Raymun. in Summ. de poenit. & remiss. lib. 3. §. 15. vers. Item propriis Sacerdot. Et Card. Zabarell. in d. Clem. Dudum. §. Etsi idem. post num. 2. vers. Et hoc videtur, de sepulc.

81 Ex his verò, quae à scriptoribus traduntur, satis manifestum videtur actum reservationis casuum non afficere, nisi personam Sacerdotis confessionem audiens, licet indirectè obstat etiam poenitentibus, in quorum utilitatem institutus fuit juxta decretum Concilii Trident. sess. 14. de Sacram. Poenitent. cap. 7. de Cas. reserv. non quod ipsi ex se sint incapaces absolutionis, sed quia Sacerdotem non habent, à quoque tunc absolvantur. Quia in re satis erit recensere loca, è quibus educitur casus reservare nihil aliud esse, quam jurisdictionem inferiorum Sacerdotum restringere, seu limitare.

82 Et primo ita decidit Specul. in reper. §. Ut autem scias, col. pen. relatus à Steph. de Gaer. in reper. cap. Ad limina, num. 35. §. 1. (Casus ponere, inquit, nihil aliud est, quam potestatem Sacerdotum restringere,) & sequitur Jo. Feiburg. in Summ. Confess. tit. de Confess. & absol. q. 50. vers. Guiliel. Paul. in Clem. Dudum, relatus ubi à Card. in §. Si verò, num. 8. ubi ait: Regulares prohibentur absolovere à casibus Episcopo reservatis non ex defectu potestatis Ordinis, sed ex ordinatione canonica jurisdictionis exercitium restringente: & eum sequitur Imol. lib. 69. vers. Fatetur tamen.

83 Io. Moa in eadem Clem. relatus per glos. in §. Per huiusmodi, in ver. Concessa. Sicut, inquit, Episcopus casus sibi reservando potest archate potestatem Ordinarii Curatorum, ita etiam extraordinarium Regularium. Guiliel. de Monte Laudun. in Sacramentali, in ver. De Baptismo, col. 3. Possunt Superiores inferiorum Presbyterorum potestatem restringere subtrahendo, & casus sibi reservando; quem sequitur Stephan. de Gaer. in reper. d. cap. Ad limina, num. 359. vers. Et licet tanta virtute, & Beatus Antonin. in Summ. par. 2. tit. 17. cap. 11. col. 3. Vitalin. in d. §. Per huiusmodi, num. 8. In reservatione inquit, potest Episcopus potestatem Curatorum ordinariam restringere, & ibidem. 7. pluribus prof. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.

bat reservationem Episcopi obstat quidem Curatis, quominus absolvere possint, sed non Regularibus, secundum formam dictae Clement. Quod planè verum non esset, si reservatio afficeret poenitentem quia tunc, etiam si ad Regulares confugeret, esse in capax absolutionis, Sylvel. in ver. casus, sub nu. 3. vers. Haec ille valde bene, dicens, Sacerdotalis clavis omnia crimina potest absolvere, nisi ipsa à superiori Praelato quantum ad usum ligetur Navarr. in Manual. cap. 27. num. 259. Casus, inquit, reservatus dicitur, cujus absolutio admittitur inferiori Sacerdoti.

Atque ex his patet reservationem, ut initio diximus, nihil esse aliud, quam limitationem jurisdictionis in inferiori Sacerdote.

Id quod ratione etiam laudari potest: nam etsi Presbyteri sua ordinatione à peccatis absolvendi potestatem accipiunt, ut in decreto Conc. Trid. cap. 15. in princ. sess. 23. Illam tamen accipiunt in habitu tantum, non autem in actu, seu quantum ad usum. In institutione verò, seu collatione beneficii Curati tribuitur eis executioni illius potestatis: textus est apertus in c. Generaliter, §. Ecce sufficienter, & in cap. seq. 16. q. 1. & not. Abb. in cap. Exiripanda, §. Qui verò, num. 53. supra de praeb. & Praepol. in cap. Latorum, num. 17. vers. Pasormitanus vero, 1. qu. 1. Et hodie executionem illius potestatis, seu jurisdictionem in actu accipiunt Presbyteri, vel cum Parochiale beneficium obtinent vel cum ab Episcopo ad confessiones audiendas approbantur, ut est expressum in d. cap. 15. sess. 23. Et ita quilibet Sacerdos Curatus, vel approbatus potest ad omnibus casibus generaliter, & indistinctè absolvere. Sed ad haec generali regula excipiuntur casus, quos Superior libi retinuit, seu reservavit, ut in cap. Nuper, supra de sent. excomm. & in d. cap. 7. de casuum reservat. Ergo per reservationem quantum ad usum limitatur generalis illa Sacerdotum potestas ad absolvendum: haec enim est natura exceptionis ut regulam restringat, & viciet in casibus exceptis, l. 1. ff. de regul. iur. l. in his, l. Quod verò, & l. tu singulari, ff. de legib. cum similib. Et consequenter actus reservationis principaliter, & directè non afficit nisi Sacerdotes, quorum potestas restringitur. Et inde fit, ut in d. Clem. Dudum, §. Per huiusmodi, de sepulc. in Extr. avag. Benedicti XI. Inter cunctas, §. Sicque, de privileg. Et in decreto Clem. VIII. prohibito absolutionis à reservatis non in poenitentes, sed in Confessores derogatur. Ad idem d. cap. Nuper, vers. Quia tamen censetur, & d. cap. 2. de poenit. & remiss. lib. 6.

Ex his consequitur ut actus reservationis minime afficiat regulares extra diocesi Episcopi reservatis, cum, initio diximus, nequeat Episcopus etiam quoad suos subditos limitare jurisdictionem Sacerdotis sibi non subditi.

84 Secundo, non potest Episcopus concedere, ut suis subditis absolvat in alia diocesi à Sacerdote, qui à suo Episcopo jurisdictionem non habeat: ut hic notat glos. communiter approbata in ver. Alieno Sacerdoti: in Clem. 1. de Privileg. Et utroque notat Abb. Ergo nec potest prohibere quominus ius subditus absolvat in aliena diocesi à Sacerdote à suo Episcopo jurisdictionem habente, ex regula. Nemo qui condemnare, ff. de regul. iur. & cap. Non potest, supra de remiss.

85 Tertiò actus reservationis est localis, & restrictus